BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 C
48

1561

IO. IACOBI BVCCAE

DE STYLO CVRIAE R. P. D. AVDITORIS CAMERAE, LIBELLVS.



BIBLIOTECA NA[illegible] ROMA VITTORIO EMANUELE

Collegij Romani Societatis Jesu Catal. Inscr. B. J.

CVM PRIVILEGIO.

Romæ apud Antonium Bladum impreſſorem Cameralem.
M. D. L X I.

5. 20. F. 41.

MOTV proprio, &c. Cum, ſicut dilectus filius noſter Ioãnes Baptiſta Bucca clericus Romanus nobis nuper exponi fecit, ipſe pro publico & communi omnium, ac præſertim in Romana Curia verſantium, vtilitate & commodo, quoddam opus, ſuper ſtylo ſeu modo procedendi in Curia ſeu foro olim Auditoris, nunc verò Regentis Cameræ Apoſtolicæ, per quondam Iacobum Buccam eiuſdem Ioannis Baptiſtæ genitorem collectum & in lucem editum, ac illud nuſquam aliàs impreſſum, ſua proprià impenſa cum diligentia imprimi facere intendat, dubitétque ne, poſtquam huiuſmodi opus imprimi fecerit, ſeu emiſerit, contingat alios ipſum cum ſui iactura, propter graues expenſas quas eum circa huiuſmodi impreſsionem ſubire oportebit, imprimi facere, ipſumque idcirco maximum detrimentum pati, Nos propterea eius diſpendio, ac indemnitati conſulere volentes, Motu ſimili, & ex certa ſcientia noſtra, eiuſdem Io. Baptiſtæ ne prædictum opus hactenus non impreſſum, ac ipſius ære et ſumptibus imprimendum, per decem annos poſt eiusdem operis impreſsionem, à quocunque cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ fuerit, ſine ipſius Io. Baptiſtæ expreſſa licentia, imprimi, aut vendi, ſeu venale teneri posſit, concedimus, & indulgemus. Inhibentes omnibus & ſingulis Chriſtifidelibus tam in Italia quàm extra Italiam exiſtentibus, præſertim bibliopolis, ſeu librarijs, librorúmque impreſſoribus, & mercatoribus, in virtute ſanctæ obedientiæ, et ſub excommunicationis latæ ſententiæ, à qua, niſi ſatisfacto de damno et pœna appoſita, abſolui non posſint, in terris verò S. R. E. mediate, vel immediate ſubiectis, amisſionis librorum, et ducentoram ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœna, per eos et alios quoſcunque, et cuiuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, et præeminentiæ exiſtentes, eis auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, et talia facientes, tacentes, ac nõ reuelantes, toties ipſo facto et abſque alia declaratione incurrenda, quoties contrauentum fuerit, ne intra decennium ab eiuſdem operis editione, ſeu emisſione, aut impresſione, per ipſum Io. Baptiſtam ſiue eius iuſſu facienda, computandum, dictum opus hactenus non impreſſum, et per dictum Io. Baptiſtam euulgandum, ſeu eius ſumptibus imprimendum vt præfertur, in quacunque forma alicubi imprimere, nec per quoſuis impreſſum vendere, ſeu venale habere, vel proponere ſine ipſius Io. Baptiſtæ expreſſa licentia, vel conſenſu, dicto decennio durante, audeant, vel præſumant: Mandantes vniuerſis venerabilibus fratribus noſtris

Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, eorúmque Vicariis in ſpiritualibus, ac officialibus generalibus, et in ſtatu temporali S. R. E. *etiam Legatis & Vicelegatis Sedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus, vt quotiens pro ipſius Io. Baptiſtæ parte fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, eidem Ioanni Baptiſtæ efficacis defenſionis præſidio asſiſientes, faciant auctoritate noſtra inhibitionem noſtram huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari, ac bibliopolas ſiue librarios, impreſſores, & mercatores, necnon fautores, ſcientes, et non reuelantes prædictos, quos inhibitioni huiuſmodi contrauenniſſe eis conſtiterit, excommunicationis et alias cenſuras et pœnas huiuſmodi incurriſſe declarent, ac pro talibus publice nunciari mandent, et faciant, contradictores quoslibet et rebelles per cenſuras eccleſiaſticas etiam ſæpius aggrauando, et per alia iuris remedia etc. compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.* Non *obſtan. fe. re.* Bonifacii Papæ VIII. *prædeceſſoris noſtri de vna, ac concilii generalis de duabus dietis, ac aliis conſtitutionibus, et ordinationibus* Apoſtolicis, *cæteriſque contrariis quibuſcumque.* Et *inſuper quia difficile eſſet præſentem* Motum *proprium ad quælibet loca deferri, voluimus, et* Apoſtolica *auctoritate prædicta decernimus, ipſius tranſumptis, vel exemplis, etiam in ipſo opere impresſis, plenam et eandem prorſus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra, haberi, quæ præſenti originali haberetur, et quòd præſentis* Motus *proprii ſola ſignatura ſufficiat, et vbique fidem faciat in iudicio et extra, regula quacunque contraria non obſtante.*

Placet motu proprio .I.

Dat. Romæ *apud ſanctum* Petrum, *pridie* Klendas Nouembris, Anno *primo.*

A

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

D. D. IACOBO PVTEO CARDINALI

AMPLISSIMO

IO. BAPTISTA BVCCA, S. P. D.

TANTA *eſt tua, Pater ampliſſime, in omnes homines humanitas, tanta in rebus omnibus prudentia, comparata vel ex rerum vſu, vel ex ſanctiſſimarum legum ſcientia, qua,* Doctorum *omnium iudicio, præter cæteros, excellis, vt nemo ſit, qui te non admiretur, colat, & quibuſcunque vel ampliſſimis honoribus dignum putet.* Hinc Iacobi Patris *mei ea erat in te obſeruantia, eaque beneuolentia, vt quem magis in terris coleret, magiſ'ue ex animo diligeret, haberet profectò neminem: nec deerat tua in illum mutua beneuolentia, cum ſermone quotidiano, tum plurimis officijs ſatis perſpecta, & cognita: ex quo ille me tum planè puerum ſæpè monebat, vt te vnum mihi proponerem obſeruandum, colendum, & præter cæteros amandum; identidem affirmans, te vnicum eſſe miſerorum omnium præſidium, te veritatis amatorem, te iuſtitiæ, te probitatis exemplum maximum:* Itaq; *non minori mihi ſtudio tanti viri beneuolentiæ, quam cæterorum omnium bonorum hæreditatem adeundam eſſe; pla*

tebat conſilium (vera enim ſenex loquebatur) cupiebam aliquem mihi aditum ad tuam amplitudinem patefacere: dilata res eſt, ſiue ætatis vitio, ſiue quòd, aliquot iam menſibus ab Vrbe aberam. Sed cum memoria tenerem, relictas eſſe à parente meo quaſdam lucubrationes de ſtylo (vt aiunt) Auditoris Cameræ Apoſtolicæ, ea ratione, vt ſub tuo nomine ederentur, indignum exiſtimaui, diutius immorari: res enim idonea videbatur; ſi modò probaretur; quæ me tibi propter parentis mei memoriam, commendaret. Egi igitur per literas cum Sebaſtiano Vantio viro doctiſſimo, vt opus totum inſpiceret, corrigeretq́, ſi quid corrigendum putaret; quod fecit ille ſatis liberaliter, rem probauit, edendam cenſuit. Patere obſecro, quicquid id eſt, certè non ſine magno ſtudio, multisq́ vigilijs lucubratum, in manus hominum ſub tuo nomine venire: defendatur ab inuidis auctoritate tua, cupiatur à doctis. quis enim audeat rem tanti viri ſententia comprobatam vel improbare, vel non amare? Tu verò accipe hilari fronte munuſculum noſtrum; tibiq́ perſuadeas, me tibi, pro tuis in patrem meritis, omnia debere; ſed quando imbecillitate mearum virium, maiora præſtare non poſſum, quicquid id eſt, quod damus, ab optimo certè animo, & tibi deditiſſimo profectum, accipere ne graueris. Vale.

STYLVS CVRIAE
R. P. D. Auditoris Cameræ.

CVPIENS ea, quæ per longum tempus, quo in Curia R.P.D. Auditoris Cameræ verſatus fui, tam de ſtylo, q̃ vigore facultatum pro tempore dictæ Curiæ Auditori cõceſſarum, obſeruari vidi, memoriæ meæ cõmendare, Decreui quæ menti meæ in dies occurrerent, in ſcriptis redigere.

Diſtinguam igitur capita iuriſdictionis ipſius D. Auditoris, & ſucceſſiuè, per ipſa capita, quæ obſeruari vidi, annotabo.

Capita iuriſdictionis D. Auditoris.
Cap. I.

PRimò igit̃ eſt Sanctiſſ. Dñi noſtri Papæ, eiuſq; Camerarii, necnon Curiæ cauſarũ Cameræ Apoſtolicæ generalis Auditor, vt in facultatibus D. Auditori pro tempore conceſſis, præſertim per fe. re. Iulium. II. vt in bulla Iulii. II. de qua habetur in formulario fol. 255. in prima col. & in bulla Pauli III. de qua fol. 268. in fi. 2. col.

II. Eſt etiam Romanæ Curiæ, appellationumq; in terris, Sanctæ Ro. Eccleſię mediatè vel immediatè ſubiectis, interpoſitarum, Iudex ordinarius, vt in ea bulla col.2. vbi vtrunq; dicit, & in bulla Leo. X. de qua fol.259, in pen. col. vbi dicitur de appellatio nibus & ſententiis latis in Curia, & excipiuntur Gubernator, Vicarius, & Iudices Capitolini, etiam de appellationibus de Partibus per bullam Pauli .iii. de qua fol.267, vbi excipit appellatio à poſſeſſorio.

III. Literarumq; Apoſtolicarum & ſententiarũ in eadem Romana Curia latarum, vniuerſalis executor, accumulatiuè cũ aliis, vt in dicta bulla Iulii II.

IIII. Ac nonnullarũ particularium perſonarum iudex ſpecialiter deputatus.

Quòd executio obligationum in forma Camerę ſpectat ad ipſum D. Auditorem, & qua ratione. Cap. II.

CApio itaque principale membrum, in quo dicitur, q; eſt Sanctiſſ. D.N. Papę &c. Auditor, & ſuper quo idem D. Auditor fundat intentionem ſuã; vz, q; tam ex antiqua conſuetudine, quàm ex facultatibus ipſi D. Auditori per S.R. Eccleſię pro tempore Pontifices conceſſis, cognitio obligationum in forma Camerę ad ipſum D. Auditorem ſpectat.

Quòd aũt ex cõſuetudine ſpectet, manifeſte apparet, quia nullibi reperietur, q; aliis iudicibus fuerit cõceſſa facultas ꝓcedẽdi in hmõi obligatiõibus

pro vt

vt per ſe.re.Iulium.ii.Leonem.x.declaratum fuit.vt per bullam Iulii ii. fol.255.& Leonis x. fol.256. quæ ob iſtas obligationes tantum, Motu proprio emanauit;& in ſpecie excipit factas coram aliis iudicibus occaſione cauſarum ibi pendentium, & quæ omnibus Tribunalibus fuit intimata, vt ibi patet;& i alia bulla eiuſdem fol.259.in 2.col.vbi executio iſtarum obligationum committitur, non obſtantibus moratoriis, ſalinariis, ceſſionibus bonorum, dilationibus quinquẽnalibus, cap. Odoardus, & cap. Peruenit, ac abſolutionibus a' iuramentis.

Item cognoſcitur etiam, quia nullus alius Iudex habet aliquas taxas, prout habet ipſe D. Auditor circa ipſas obligationes, ſuper quibus taxis videtur fundatum officium dicti D. Auditoris, & notariorum, cum emolumenta dictarum taxarum diuidantur in quatuor partes, quarum prima ſpectat D. Auditori ratione taxæ; ſecunda, collegio, ratione maſſæ; in qua participat Locumtenens ipſius D. Auditoris pro tempore; tertia vero ſpectat ad Reuerendiſſimum D. Camerarium ratione ſigilli, quo vtitur ipſe D. Auditor vt ordinarius. Nec reperitur aliud Tribunal, quod vtat̃ ſimili ſigillo, dempto ipſo D. Auditore. quarta & vltima pars remanet notario, ratione ſuæ mercedis, & ita ſe. re. Paulus. III. fieri voluit, & ab annis 35. citra, ſic obſeruari vidi.

Item declaratur ex antiqua forma obligationum huiuſmodi, in quibus obligationibus notarii de ipſis rogati, apponebant procuratores ad ſubmitten

dum debitores, & confitendum debitum notarios dictæ curiæ cauſarum Cameræ apoſtolicę, nulla facta mentione in ſpecie de aliis notariis aliarum curiarum, niſi in genere.

Et hoc audiui proceſſiſſe, quia antequam erigeretur Tribunal dictæ curiæ cauſarum Cameræ, huiuſmodi obligationes cognoſcebantur in Camera, & non alibi, & propterea dicitur obligatio in forma Cameræ. & Reuerendi P.D. Clerici Cameræ cognoſcebant omnes cauſas curiæ, & deputabant vnum ex ipſis dñis Clericis, qui erat amouibilis ad nutũ, & ille ſic deputatus audiebat etiam omnes cauſas tam fiſci, q̃ particularium.

Et quia in dies amouebantur, & cauſarum huiuſmodi expeditio retardabatur, fuit erectum dictum tribunal curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ, cum decem notariis, & conceſſa facultas cognoſcendi cauſas priuatorum, remanente cognitione cauſarũ cameralium ipſis dominis clericis.

Quod vidi declaratum, ſi bene memini, per Innocentium, & Eugenium, dum aliquando inter ipſum D. Auditorem, Gubernatorem, & Vicarium, ac etiã aliquando Senatorem, oriebatur differentia ſuper huiuſmodi obligationum executione.

Et quia nonnulli Iudices dicebant, quod in obligationibus huiuſmodi partes ſe ſubmittebant iuriſdictioni omnium curiarum, & quod propterea oẽs Iudices poterant circa executionem huiuſmodi obligationum procedere.

Allegabatur tunc pro parte dicti D. Auditoris, quod licet in obligationibus huiuſmodi, partes ſe ſubmitterēt iuriſdictioni quorumcunq; Iudicum, nihilominus, q͏̄ propterea alii Iudices in Ro. cu. nō poterant ſe intromittere circa executionem dictarum obligationum, quia Pontifices, & prçſertim Iulius, diſtinxerant tribunalia, & in tali diſtinctione relinquebant executionem obligationum in forma camerç D. Auditori dictæ Curiæ pro tempore exiſtenti, tanquam peculiari.

Dicebat inſuper, q͏̄ fe. re. Leo. X. ſimiliter eidem declarauit per ſuas literas, in quibus declarat ipſum Auditorem huiuſmodi obligationū, & priuat alios cum decreto irritanti, deputatis exequutoribus ſuper obſeruatione dictæ ſuç declarationis, quæ literæ fuerunt tunc temporis, ſi bene memini, de anno dñi 1520. intimatæ tribunalibus Vrbis, vt à tergo ipſarum apparere poteſt.

Dicebat etiam præfatus D. Auditor quod ipſe Leo in dictis ſuis literis voluit, q͏̄ idem dñs Auditor pro tempore, poſſet procedere ad executionem huiuſmodi obligationum, non obſtantibus capitulo Odoardus, cap. Peruenit, dilationibus, moratoriis, & ſalinariis, ac aliis etiam reſcriptis, etiam manu ſuæ Sanctitatis ſignatis, dummodo non fuiſſent ſignata per verbum Fiat.

Quæ omnia declarabant ad præfatum D. Auditorem ſpectare, & pertinere executionem dictarum obligationum.

Quia ſi ab ipſo amoueretur huiuſmodi executio, & alii Iudices poſſent ſe impedire circa huiuſmodi executiones, profecto Tribunal D. Auditoris, & notariorũ officia (quorum emolumẽta pro maiori parte dependent ab huiuſmodi executione obligationum in forma cameræ) ad nihilum reducerẽtur, vide Veſtrium in ſuo tractatu Iudiciorum fol. 22. vbi de hac materia tractat.

Hæc, & plura alia adducebantur pro parte dicti D. Auditoris, quæ pro nunc in ſpecie menti meæ non occurrunt. Ideo deuenio ad proceſſum huiuſmodi obligationum executionis.

De proceſſibus dictarum obligationum ſuper inſtrumentis rogatis per notarios actuarios contra pñtes. Cap. III.

PRocedirur autem ſuper quocunq; inſtrumẽto obligationis in forma Cameræ, publico, ſiue priuato, in Vrbe, vel extra celebrato, & tam contra præſentes, q̃ contra abſentes, dummodo ſit liquidum, modo infraſcripto, quo ad citationes primo.

Super inſtrumento publico rogato per notarios ipſius curię, ex quo nõ indiget aliqua recognitione, citatur debitor, ſi eſt præſens, perſonaliter, vel ad domum, ſi habet domicilium, vna die pro altera, per affixionem cedulę, ad confitendum debitum, & videndum ſe excommunicari.

Si etiam eſt publicum, & rogatum per alios notarios, q̃ per actuarios dictæ curiæ, producitur inſtrumentum publicum coram aliquo ex dictis notariis & citatur pars, ſi eſt pręſens, modo, de quo infra.

Si vero inſtrumentum eſt priuatum, & habeat in ſe obligationem in forma cameræ, producto dicto inſtrumento priuato, citatur pars, ſi eſt pręſens, perſonaliter, vel ad domum, vt ſupra, ad dicendum contra iura producta, & repetita, videñ iurare teſtes ſuper recognitione, & mandari extendi obligationem in forma camerę.

Et aduerte, quia aut huiuſmodi inſtrumentum eſt ſubſcriptum manu debitoris, aut aliarum perſonarum; ſi eſt ſubſcriptum manu debitoris, non refert an ſit locus vel ne, & nõ indiget aliis teſtibus.

Si vero ſit aliarum perſonarum manibus ſubſcriptum, requirit, quod ſaltem probet extraordinarie, in quo loco fuerit celebratum, & tunc requiritur ꝙ ſit approbatum ſaltem duobus teſtibus, & in omnibus dictis caſibus requirit vt recognoſcatur.

Factis ſiquidem dictis diligentiis, & debitore nihil opponente, ſaltem valide quod obſit, facta recognitione, D. Auditor ad inſtantiam creditoris mandat extendi dictum priuatum inſtrumentum in forma Camerę. Sed cautela eſt, vt procuratores reuocentur, quando non adeſt iuramentum, ſi tamen reuocari poſſunt, quia vidi teneri quod non, cum ſit pars contractus.

Et notarius extendit obligationem, non aliter

ampliando corpus inſtrumenti,ponēdo omnes clau ſulas generales, dempto iuramento, niſi de ipſo iu= ramento in dicto inſtrumento priuato eſſet facta expreſſa mentio.

De proceſſibus obligationum cōtra abſentes Cap. IIII.

SI vero debitor ſit abſens, & non habeat domici lium in Vrbe,huiuſmodi ſeruatur proceſſus,vz, Quia nullo habito reſpectu ad inſtrumenta, vz, an ſint publica vel priuata,& an ſint rogata per nota rios actuarios,vel extraneos,etiam extra curiam,ēt quod obligatio non ſit in curia deſtinata, Veſtrius in tractatu fol.25.in 2.col.& fol.24.in 2.col.dummo= do ſint liquida,ſed repetito inſtrumento quatenus per notarium actuarium, ſeu producto quatenus p notarium extraneum, creditor iurat abſentiam de= bitoris,quod iuramentum habetur pro plena pro= batione,aut fit dilıgētia per vnum,& duos curſores in Vrbe de eum in locis ſolitis inueniendo, aut pro bat abſentia debitoris per teſtes ſummarie,quo ad abſentiam,& tunc Auditor ſiue eius Locumtenens pro tempore, ad ipſius creditoris inſtantiam decer nit proceſſum per audientiam contradictarum, ſi agitur tempore audientiarum,ſi vero agitur tempo re vacationum,decernit proceſſum per affixionem ad valuas curiæ ipſius dn̄i Auditoris,ſiue curſorum ad eius libitum,quod decretum eſt ad vnguem ob=

ſeruandum,vt valeat proceſſus.

Decreto huiuſmodi ſubſequuto, ſi inſtrumentũ eſt rogatum per notarium actuariũ, vt dictum eſt, actor obtineat cogi alterum ex procuratoribus cõſtitutis ad ſubmittendum debitorem iuriſdictioni Auditoris, & confitendum debitum, quibus ſubmiſſione & confeſſione ſequutis, creditor petit condemnari debitorem, & ipſum excommunicari, & tunc dominus procedit,vt infra dicam.

De proceſſibus inſtrumentorum rogat. per extraneos notarios, & inſtrumentis priuatorum.

Cap. V.

SI vero inſtrumentum eſt alterius,q̃ notarii actuarii,ſiue etiam priuatum ſubſcriptum per debitorem,vel extraneos, vt ſupra dictum eſt, debitor eſt citandus per audientiam contradictarum, ſiue per affixionem ad dicendum contra iura producta, & repetita,videñ. iurare teſtes ſuper recognitione, & quo ad priuatum inſtrumentum, videndum illud extendi,& ſeruatur vt ſupra.

Sed ſi inſtrumentum non ſit liquidum,poſt iuramentum ſuper abſentia,p̃ſtitum per creditorem, antequam deueniatur ad aliquam condemnationem, ſiue proceſſum, vltra prædicta, eſt liquidandum debitum per teſtes, ſeu per ſcripturas, vel aliis eo modo,quo poterit,parte tamen ad id legitime citata,quia articulus liquidationis non eſt executiuus,

eundem in ſcriptis excõmunicare,modo infraſcripto,vz,

Quia ſcribit in libello,ſeu Broliardo notarii,poſt annotationem infraſcriptã,factâ p notarium in ſuo Broliardo,(vz,poſt iſtud nomen Excommunicatio, manu notarii ſcriptũ,hęc verba)vz,Niſi infra tres,vl' intra tres;& hæc verba ſcripta per D. Auditorẽ, vel Locumtenentem, habentur de ſtylo pro huiuſmodi excommunicatione in ſcriptis lata.

Lapſis dictis tribus diebus à prolatione dictę ſententiæ,ſi creditor vult procedere ad vlteriora, cogitur citare debitorem præſentem, vel abſentem,modis,quibus ſupra, ad videndum ſe declarari, & contra eum literas decerni, ad primam, ſi ad domum, vel per affixionem, ſiue etiam per totam,ſi perſonaliter citetur.

In quo termino,comparente creditore,D.Auditor conſueuit ad inſtantiam dicti creditoris,debitorem declarare incurriſſe in excommunicationis ſententiam,ſimpliciter,niſi debitor allegauerit aliquid validi;& tunc in eum euentum conſueuit declarare, & literas decernere, niſi per totam, vel ad primam, vel ad ſecundam, prout ipſi D. Auditori videtur exceptionem eſſe releuantem, vel non.

Et ſi in dicto termino debitor nihil probauerit, vel etiam deduxerit quę etiam probata non releuarent,conſueuit D.Auditor relaxare literas decretas, etiam parte non citata.

Et nota,ꝙ contra obligationes in forma Camerę

iuratas,nõ ſolent admitti aliæ exceptiones,niſi falſi tatis,ſolutionis,aut nouationis,alię aũt repellũtur.

De modo procedendi ad vlteriores cenſuras. Cap. VII.

RElaxatis dictis literis,& expeditis, ſi creditor intendit proſequi ad vlteriores cẽſuras, debet dictas literas publicari facere per Curſores in acie campi Floræ,vti moris eſt.

Et ipſis lr̃is ſic publicatis,expectare debet p decem dies antequam procedat contra debitorem ad aliquem alium actũ ,nec poteſt cedulones aliquos affigere,niſi dictis literis, vt pręfertur, per Curſorẽ publicatis , quia dicta affixio non eſt de apicibus proceſſus ,ſed fit pro ſatisfactione partium,ad publicandum publice debitorem excõmunicatum.

De modo procedendi ad aggrauationem,cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis,vnico contextu. Cap. VIII.

LApſis autem dictis decem diebus,à die publicationis Curſorum, conſueuit & debet creditor citare debitorem,ſiue præſentem, ſiue abſentem,modis tamen, quibus ſupra, ad videñ ſe aggrauari, & reaggrauari , vnà cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis,ad primam; niſi perſonaliter citetur, quo caſu poteſt citari per totam .

Aduenientc termino citationis, debet creditor reproducere literas declaratorias, de quibus ſupra, vna cum executione Curſoris, & citatione proxime expreſſa, & inſtare, vt debitor aggrauetur & reaggrauetur, cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis.

Ad cuius creditoris petitionem, D. Auditor conſueuit, ſi debitor non compareт, aggrauare & reaggrauare, vna cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, debitorem, ſimpliciter, abſq; aliqua cõditione.

Sed ſi debitor comparuerit, & aliquid qđ obſtet, allegauerit, conſueuit idem D. Auditor procedere ad dictas cenſuras p̃ præfixionem termini, hoc modo, vz, Niſi ad ſecundam, vel ad primam, vel ad tertiam, prout ipſi D. Auditori viſum fuerit expedire.

Et ſi in proximo dicto termino debitor nihil probauerit, etiam ſi deduxerit quod probatum non releuaret, notarius poteſt dare literas aggrauationis, & reaggrauationis, cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, abſq; aliqua alia citatione, conſulto tamẽ D. Auditore.

De modo executionis dictarũ cenſurarũ, & brachii ſæcularis. Cap. IX.

VIgore ſiquidem huiuſmodi cenſurarum, & brachii ſæcularis, poteſt procedi contra debitorem ad realem & perſonalem executionem, coniunctim & ſeparatim, prout creditori placuerit, & ſi etiam eſſet facta perſonalis, nõ impedit realem, nec econtra.

Quia contra excommunicatum, aggrauatum, & reaggrauatum, datur huiuſmodi proceſſus, etiam diebus feſtiuis, & valet executio, quia facta contra illum, qui non poteſt gaudere aliquo beneficio iuris, tanquam excommunicatus.

Quomodo autem ſeruetur in executione reali, inferius dicam in proceſſu.

Qualiter ſit proceden̄ contra ſuſcipientem cenſuras, Cap. X.

REſtat nunc circa executionem huiuſmodi obligationum, dicere quomodo ſit procedendum, quando debitor ſuſcepit cenſuras vná cū mandato executiuo.

Pro cuius intelligentia eſt animaduertendum, quód aut dictæ cenſuræ fuerunt ſuſceptæ per debitorem tempore obligationis factæ; et tunc, aut coram notario actuario, aut corā notario extraneo, aut in proceſſu cauſæ.

Si coram notario actuario fuerint ſuſceptæ, poteſt creditor, abſq; aliqua alia citatione, extrahere dictas cenſuras, & contra debitorem fieri facere executionem realem, & perſonalem, coniunctim, & ſeparatim, vt dixi, dummodo tamen in calce dictæ obligationis D. Auditor, vel eius Locumtenens ſcripſerit hæc verba, vz, Niſi infra tempus cōuentum, dentur literæ de conſenſu; aliás ſi notarius dederit dictas cenſuras, abſque huiuſmodi fulmina

tione D. Auditoris, vel Locũtenentis, ipſæ cenſuræ ſunt nullæ, & nulliter extractæ, & executio illarum vigore facta, tanquam nulla, venit reuocanda, prout ſæpe, ac ſæpius obſeruari vidi, quia dictæ cenſuræ continent in ſe excommuuicationis ſententiã, quæ debet ferri in ſcriptis.

De modo procedendi ſuper cenſuris ſuſceptis extra iudicium. Cap. XI.

SI verò cenſuræ huiuſmodi fuerint ſuſceptæ coram notario extraneo, expedit vt producatur dictum inſtrumentum dicti notarii, & citetur pars ſi præſens, vel abſens, modis, quibus ſupra, ad dicendũ contra iura producta, & repetita, videñ iurare teſtes ſuper recognitione, & fulminari cenſuras, ad primã, ſiue per totam, ſi perſonaliter citetur debitor.

Adueniente termino, recognito inſtrumento, debitore abſente, vel etiam non comparente, vel etiam ſi comparuerit, & nihil validi deduxerit, D. Auditor ſiue Locumtenẽs, ad dicti creditoris inſtantiam, fulminabit cenſuras, hoc modo, vz, quia in fine dicti inſtrumenti per notarium extraneum rogati, manu propria ſcribet hæc verba, vz, Niſi infra tempus conuentum, dentur literæ de conſenſu; & tunc notarius poterit dare literas aggrauatorias, & reaggrauatorias cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, ac ſi de inſtrumẽto rogatus fuiſſet, attẽta dicta fulminatione Iudicis, quæ habetur pro ſententia in ſcriptis.

Et quoniam ſæpe contingit, quòd dum procedi-tur contra debitorem, vigore dictæ obligationis, dictus debitor vult ſuſcipere cenſuras, dicas de ſty lo, ipſum eſſe admittendum ad dictam ſuſceptionẽ cenſurarum, niſi in caſibus infraſcriptis.

Primò, ſi ipſe debitor eaſdem ſuſceperit cenſnras aliàs in inſtrumento.

Secundò, ſi eſſet iam ſeruatus terminus ad videñ ſe aggrauari, & reaggrauari, cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis.

Quia in iſtis duobus caſibus, nunquam admitti conſueuit, quia iam D. Auditor contra illum cenſu ras decreuit, vt ſupra dictum eſt.

De termino ſtatuẽdo debitori, ſuſcipiẽti cenſuras. Cap. XII.

SEd qualis terminus ſit debitori ſtatuendus, ſi, vl-tra dictos duos proximos caſus, voluerit ſuſcipe re cenſuras,

Diſtingue aut agitur de ſumma excedente ſum-mam quindecim ducatorum, & tunc cenſuræ conce duntur, cum termino xxx. dierum.

Si vero agatur de minori ſumma, vz, non excede-re ſummam duc. xv. tunc relinquit arbitrio D. Au-ditoris concedendi cenſuras per x. vel xv. dies, vel aliàs, prout ipſe expedire cognouerit.

Extractis cenſuris, poteſt creditor procedere ad executionem realem & perſonalem, coniunctim vel

ſeparatim,nec facta vna executione,impeditur quin poſſit accumulatiuè procedere,vt ſupra dixi.

De modo procedendi ad ſubhaſtationē pignorum. Cap. XIII.

SEd ſi fiat executio realis, ſeruandi erunt termini infraſcripti,vz,quod debitor citabitur perſonaliter (etiam per totam,aliàs per affixionem, ſi habet domicilium,vna die pro alia,& ſi abſens, per Audiētiam Cōtradictarum,vel ad valuas D.Auditoris,ſeu campi Floræ, iuxta decretum D.Aud. vt ſupra dixi)ad reluendum pignora, aliàs videndum,& audiendum decerni mandatum de cōſignandis pignoribus Curſori,ad effectū ſubhaſtādi,& illa ſubhaſtari mandari,inſtante creditore principali.

Termino aduеniente, comparebit creditor, ſiue eius procurator,& ſi debitor abſens fuerit,vel ēt præſens,& nihil validi deduxerit,D. Auditor ad inſtantiam creditoris,mandabit conſignari pignora capta ꝑ executione debiti,d quo agitur,Curſori,ad effectū illa ſubhaſtandi, illaq; ſubhaſtari mādabit.

Huiuſmodi termino ſeruato, ad inſtantiam creditoris,notarius dabit mandatum cōtra executorem Curiæ,vt conſignet bona debitoris capta ꝑ executione N.Curſori,ad effectum ſubhaſtādi,quia D.Auditor ita mādauit,& illa ſubhaſtari decreuit.

Vigore huiuſmodi mandati, executor ad inſtantiam creditoris,conſignabit N.Curſori pignora per

eum de bonis debitoris,pro executione mandati executiui,ablata.

Quibus bonis ſic conſignatis, Curſor deſcriptis dictis bonis in vna cedula,dicta bona,pluribus quibus viſum fuerit,ſubhaſtanda demōſtrabit,& eoſdē interrogabit An ipſi ſeu aliquis ipſorum velint dicta bona ſubhaſtāda & deliberanda emere,& quantum pro eiſdem dare voluerint; & tunc illud quod offertur,in dicta cedula ſeriatim annotabit,deſignādo perſonas,& pecuniarum ſummas oblatas per ſingulos.

Factis diligentiis huiuſmodi, & deducto ad notitiam creditoris,quod Curſor inuenit offerentes,recuperat ab ipſo Curſore cedulā prædictam, ſubſcriptam manu propria Curſoris, in qua ſunt deſcripta bona ablata pro executione, vna cum nominibus offerentium,& pecuniarum ſummis oblatis.

Quo facto,citatur debitor,etiā per totam,ſi præſens, alioquin ad primam, prout ſuperius dictū eſt, ad vidēdum bona capta pro executione,& ſubhaſtata,plus offerenti deliberari, inſtante creditore principali.

Adueniente termino,cōparet creditor, ſiue eius procurator, & reproducta cedula ſubhaſtationis dictorum bonorū ſubſcripta per Curſorem, parte abſente, vel etiam præſente,obtinet dicta bona deliberari plus offerenti, niſi infra decem dies debitor illa reluerit, & hoc intellige, ſi bona ſunt mobilia, alioquin ſi ſint immobilia,datur terminus 30.dierū.

Et

Et aduerte, quod aliquando ſolet fieri huiuſmodi deliberatio cum intimatione, aliquando ſine intimatione, ad quod decretum eſt aduertendum.

Elapſis dictis terminis, duplicem proceſſum circa cõſignationem dictorum bonorum, factam plus offerenti, vidi obſeruari.

Vnum ſcilicet, quod is qui plus obtulit ſatisfacit creditori de ſuo credito, & ſi quid ſupereſt de pecuniis oblatis pro pignoribus ablatis, ſubhaſtatis, & deliberatis, deponit pęnes notarium cauſæ, & deinde accipit poſſeſſionem bonorum eidem deliberatorum.

Secundum vidi obſeruari, & hoc rectius, & iuridicum vidi declarari, quia lapſis dictis terminis deliberationis, citatur debitor ad videñ ſolui creditori pecunias ſibi debitas, ex precio oblato, pro bonis ablatis, ſubhaſtatis, & deliberatis, & ſi quid reſidui eſt, illud deponi penes notarium cauſæ, ac videñ mandari conſignari bona ſubhaſtata, & deliberata plus offerenti, & ipſum induci in poſſeſſionem bonorum deliberatorum, ſi immobilia, ſi vero mobilia, illa conſignari mandari.

Et ſi in termino debitor nihil dixerit, inſtabit creditor, cogi plus offerentem ad ſoluendum pecuniarum ſummam ſibi debitam, pro concurrenti ſumma ſui crediti, & reſiduum deponi per ipſum plus offerentem.

Et tunc D. Auditor conſueuit dictum plus offerentem cogere ad ſoluendum creditori ſummã ſui

crediti,quatenus ſumma oblata pro bonis,aſcendat ad ſummam crediti dicti creditoris, & ſi quid ſupe reſt,illud deponeñ ad vtilitatem debitoris.

Quibus peractis, D. Auditor, inſtante creditore, & plus offerente,mandabit bona deliberata, quate= nus mobilia, conſignari plus offerenti, & quatenus immobilia exiſtant, dictum plus offerentem in poſ ſeſſionem eorundem induci.

Et vigore huiuſmodi decreti, plus offerens acci= piet poſſeſſionem rei ſubhaſtatæ,& tuebitur in illa auctore Iudice.

Et quia,vt ſupra,apparet diuerſimode obſeruatũ fuiſſe, circa hmōi conſignationem bonorum, ideo vidi pluries hęſitari, & dubitari de primo modo,& teneri ſecundum proceſſum eſſe tutiorem; quia re integra, vz, antequam is qui plus obtulit ſoluat creditori pecunias ſibi debitas, etiam poſt lapſum termini,debitori præfixi,poteſt debitor ſoluere cre ditori pecunias ſibi debitas, tam pro ſorte principa li,q̃ pro expenſis,non obſtante deliberatione facta, tertio,quia creditori nihil præiudicat, & plus offe= renti nullum infertur damnum; debitori vero ſuc= curritur,quia circa ſubhaſtationes & deliberatiões huiuſmodi, plures committuntur fraudes. Et quia difficile reperiuntur,qui velint emere bona per ſub haſtationes, idcirco creditores ſolent ſupponere oblatores,& offerre ꝑ bonis ſubhaſtandis,aliqñ me dietatem, aliqñ duas partes minus, valoris bono= rum ſubhaſtandorum, & ſucceſſiue a dictis offeren

tibus recipiunt bona ſubhaſtata, & deliberata, pro multo minori pretio q̃ venderentur aliàs q̃ per ſub haſtationem.

Et quoniam ſæpe contigit, quòd bona ablata ꝑ executione mandati executiui, ſtãtibus rationibus de q̄bus ſupra, nõ ſunt ſufficientia ad ſatisfaciendũ creditori, ꝑ ſumma ſui crediti & expenſarũ, ideo de more, ſtylo, & conſuetudine dictę Curiæ, poteſt vigore dicti primi mãdati procedi ad vlteriorem executionem contra debitorem, tam realem q̃ perſonalem, donec fuerit facta integralis ſatiſfactio creditori de ſuo credito, modo quo ſupra; quia & ita cauetur in brachio ſæculari, vz, quia D. Auditor committit q̄ procedatur ad huiuſmodi executionem vſq; ad ſatisfactionem integram debiti, & expẽſarꝝ.

Et quia ſuperius dixi q̄ inſtrumenta extraneorꝝ notariorum debent recognoſci antequam procedatur ad illorꝝ executionẽ, dic ſic teneri indifferẽter.

Attamen dum agitata fuiſſet quædam cauſa ad inſtantiam Bernardi & Marci de Spaleis, contra Io. Antonium de Gais, vigore inſtrumenti rogati per notarium extraneum, inſtrumẽto huiuſmodi non aliter recognito, ego qui defendebam cauſam Io. Antonii, dabam de nullitate cẽſurarum decretarum per D. Auditorem, & hæc coram Reuereñ D. Iacobo Simoneta, tunc Auditore Rotæ, ad quem cauſa huiuſmodi per appellationem deuoluta fuerat; & idem Reuereñ D. Iacobus ſe interpoſuit pro concordia, aſſerens pro firmo, proceſſum valere, ſtante

confeſſione procuratoris cõſtituti per Io. Antoniũ tempore dictæ obligationis, & dicebat ꝙ confeſſio tollit omnes nullitates, & in cõfeſſum nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando.

An poſſit procedi contra obligatos in forma Cameræ, non obſtante reuocatione procuratorũ conſtitutorum in obligatione Cap. XIIII.

ET quoniam ſæpe contingit, quod debitores, quorum eſt fugere, antequam procuratores cõſtituti in inſtrumento, fateantur debitum, illos reuocant,

Dubitari ſæpe vidi, an ſtante iuramento debitoris, dictus debitor potuerit dictos procuratores reuocare. Et vidi indifferenter teneri, ꝙ valet reuocatio; tamen debitor, qui reuocat, ſtante iuramento, efficitur periurus, & infamis; tamen per D. Auditorem Cameræ vidi aliquando hęſitari, an valeat huiuſmodi reuocatio.

Ad quam infamiam euitandam, vidi plures obligatos in forma Cameræ, antequam veniat tempus ſtatutum in dicto inſtrumento, obtinere a' Pęnitentiaria ſiue aliter, abſolutionem a' iuramẽto, quæ cõſueuit dari ad effectum agendi duntaxat; & deinde habita dicta abſolutiõe, ſolẽt reuocare ꝓcuratores.

Dubitatum fuit an dicta abſolutio ſuffragetur ipſis debitoribus, adeo quod euitent dictum periu-

rium,& ſic infamiam; & vidi iudicari, ipſos nõ eſſe tutos tali abſolutione, quia non eſt data, niſi ad effectum agendi, immo & ſi data eſſet etiam ad effectum excipiendi, illa non obſtante, procedretur ad executionem, vt in bulla Leonis X. de qua fol. 259. in fine col. 2.

In quibus cauſis,& contra quas perſonas D. Auditor poſſit procedere, tanq̃ Iudex ordinarius. Cap. XV.

CApio ſecundum caput Iuriſdictionis præfati D. Auditoris, in quo dicitur, quod eſt Iudex ordinarius Romanæ Curiæ, cuius vigore, conſueuit monere quoſcunq;, tam præſentes in curia, q̃ abſentes ab eadem.

Itẽ & quoſcunq; ſuę iuriſdictioni ſpõte ſubmiſſos.

Item & pro debitis cõtractis in terris ſanctę Ro. Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis.

Item & pro penſionibus ſuper fructibus beneficiorum aſſignatis, quarum ſolutio eſt deſtinata in Romana Curia,& etiam extra Ro. Cu. tamen diuerſo proceſſu.

Item & quaſcunq; perſonas repertas in Cu. etiã pro debitis contractis extra ipſam Curiam.

Item & quoſcunq; curiales extra Ro. Cu. degentes, ad inſtañ quarumuis perſonarum.

Item & ad inſtantiam ipſorum curialium, etiam extra Ro. Curiam degentium, quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, vel regulares, ꝑ quibuſuis pecuniarũ

ſummis,rebus,ſeu bonis.

Item & cognoſcere quaſcunque cauſas crimina=les,ad eius Tribunal deductas,& etiam de crimini=bus perpetratis extra Ro.Cu.dummodo delictum ſit poſt deductum ad dictam Ro. Cu. monitoriis præuiis,modo infraſcripto.

Et primo in caſibus prædictis,poteſt monere quoſcunque curiales, & etiam forenſes in Ro. Cu. repertos,pro quibuſuis debitis,ad quancunq; ſum=mam aſcendentibus, & vigore monitoriorum hu=iuſmodi procedere,habito tamen reſpectu ad quan titatem debitam.

Nam ſi agitur de ſumma vſq; ad ſummam centũ, vel de re valoris eiuſdem,poterit executiuè proce=dere,nullis ſeruatis terminis.

Si verò proceditur pro ſumma excedente ſummã centum ducatorum,vel de re valoris eiuſdem,tene=tur ſeruare terminos,prout in beneficialibus, dum=modo non agatur ad factum, quia tunc poteſt etiã executiuè procedere.

Poteſt etiã in omnibus caſibus prædictis decer nere monitoria extra Ro. Cu. etiam per edictum, conſtito extraiudicialiter de non tuto acceſſu, facta tamen mentione in dictis monitoriis de facultate ſibi conceſſa per fe. re. Leonem X.abſq; inſertione dictarum literarum ipſius Leonis.

De monitoriis in Curia,& eorum proceſſibus in con tumaciam. Cap. XVI.

CApio igitur monitoria, quæ fieri ſolent in Cu. & primò proceſſum contumacialem.

Solet itaq;, vt dixi, monere quoſcunq; in caſibus prædictis in Ro. Cu. repertos, vt ſatisfaciant, vel adimpleant id, ad quod à creditoribus conueniuntur, infra dies tres, ſub excōmunicationis pęna, & etiam aliis pecuniariis pęnis arbitrio ſuo, & aliquando ſub arreſto.

Nota quòd ideo infra tres, quia omnis ſententia executionis debet habere trinā monitionem, ideo dicitur infra tres dies.

Monitoria autem huiuſmodi, ſolent exequi per Curſores Sanctiſſ. D. N. & perſonaliter contra debitores; aliás non valent, quia afficiunt animam, ſtante dicta pęna excommunicationis.

Elapſis itaq; dictis tribus diebus, ſi Rei non paruerint dictis monitoriis, ſolent citari perſonaliter, ſi agitur de ſumma excedente duc. xx. alioquin per affixionem ad valuas domus, vna die ꝑ alia, ad videñ ſe excommunicari, quia nō paruerunt monitorio, ad primam diem, & etiam per totam, ſi perſonaliter citentur.

Adueniente termino, actor reproducit monitorium, & citationem huiuſmodi, & in contumaciam obtinet aduerſarium excommunicari, niſi ad primā cum intimatione, per quemcunq; Curſorem.

Succeſſiue fit intimatio præfata, & citat᷑ monitus, ad videñ ſe declarari, & literas decerni, ad primam, inſtante creditore, qui in termino comparet, & in

contumaciam,obtinet dictum aduerſarium declara ri, & contra eum literas decerni, niſi ad primam,cũ intimatione, per quemcunq; Curſorem.

Deinde fit dicta intimatio, & citatur monitus, ad videñ mandari tradi literas ad primam diem,inſtante creditore;qui relatione facta,comparet,& obtinet contra aduerſarium mandari tradi literas.

Et nota quód dictum mandatum aliquando fit ſub conditione, aliquando ſimpliciter,prout D. Auditori videtur,habito reſpectu ad perſonas,aliquando fit niſi ad primam.

Et nihilominus literæ traduntur ſub Data declarationis,ob non paritionem monitorii,& ob non ſolutionem debiti,de quo in monitorio, non auté ſub Data termini, quo D. Auditor mandat tradi literas.

Dictis ſiquidem literis extractis,debent publicari per Curſores in acie campi Floræ,& á die publicationis expectãtur X. dies.

Elapſis autem dictis decem diebus, citatur debitor monitus, ad videñ ſe aggrauari,& reaggrauari, vná cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, ad primam,inſtante creditore.

Qui relatione facta comparet, & in contumaciã reproductis literis declaratoriis, cum publicatione Curſoris, obtinet reum aduerſarium aggrauari, & reaggrauari,cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis; in quo brachio ſæculari D. Auditor mandat fieri executionem etiam pro expenſis.

Et nota ꝙ vigore huiuſmodi brachii ſæcularis,

poteſt fieri executio realis pro debito, quia eſt decretum contra perſonam Rei non comparentis,nec parentis monitorio; & ideo poteſt etiam ipſe reus capi,& publicari pro excommunicato,declarato,aggrauato,& reaggrauato, vnà cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, donec paruerit monitorio, Tamen non poteſt fieri executio realis,niſi pro expenſis,quatenus taxatę eſſent,quia pro ſorte principali, nulla fuit ſecuta condemnatio.

Et nota ꝙ ipſe D. Auditor non conſueuit,nec poteſt procedere in aliquo caſuum prædictorum,ad liquidationem debiti,nec recipere aliquas probationes,niſi lite conteſtata,vel præuia commiſſione. Bene poſſent examinari teſtes, ſi eſſent abſuturi, & ad perpetuam rei memoriam,ſi valetudinarii,vel ſenes eſſent, parte tamen citata.

Item nota quòd monitus nunquam admittitur, niſi negato monitorio;& refectis expenſis contumacialibus, etiam ſi eſſet curialis,vel incola.

Sed ſi eſt forenſis, ſiue alienigena, tenetur vltra litis conteſtationem, & expenſarum refectionem, conſtituere procuratorem,ac ſatisdare de ſtando iuri,& iudicatum ſoluendo.

Excipiuntur tamē à præſtatione huiuſmodi cautionis,habitantes in terris Eccleſiæ, & habentes in eiſdem bona, quia contra eos de facili poteſt fieri executio. Item & beneficiati, qui ſubiiciuntur foro eccleſiaſtico, quos admitti vidi per ſolam obligationem.

Sed ſi monitoriũ contineat in ſe arreſtum,& debitor præmiſſa omnia obſeruauerit,non propterea liberatur,quia tenetur ſe dearreſtari facere;& vidi D. Caliſtum de Amadeis, dum eſſet Locumtenens D. Auditoris ,noluiſſe abſoluere vnum, qui reciſſerat in arreſto,niſi rediret ipſemet ad Romanam Curiã, prout rediit ex partibus Longobardis.

De proceſſibus poſt litis conteſtationẽ, contra monitos in Curia. Cap. XVII

NEgato monitorio per reum, qui admittitur in quacunq; parte iudicii, tenetur actor, ſi vult ad vlteriora procedere,probare ſuam intentionem,ſiue per inſtrumenta, ſiue per alia documenta, ſiue per teſtes,ſiue etiã per alia quæuis genera probationũ.

Quibus factis, ſi non agitur de ſumma excedente ſummam centum, citatur reus ad videñ reintegrari monitorium,& ſe excommunicari,modis quibus dixi circa principium huius capitis. Et adueniente termino, actor, ſeu eius prncurator, inſtabit pro reintegratione monitorii,& D. Auditor reintegrabit monitorium, & debitorem excommunicabit in ſcriptis, apponendo manum in libello notarii,vt dixi in confeſſione debiti,circa executionem obligationis in forma Cameræ, ponẽdo hæc verba, vz,Niſi ad primam,vel ſecundã, vel tertiam, prout placet eidem.

Et nota quòd per negationem factam per reum,

quæ habetur pro conteſtatione litis, Monitorium
non tollitur de medio, ſed ſuſpenditur vſquequò
ſuperueniant probationes; quibus factis, citatur
debitor, vt proxime dixi, ad videñ reintegrari mo-
nitorium; quæ verba important ſenſum huiuſmodi
vz, ad videñ monitorium ſuſpenſum per negationẽ
factam per reum, ſtantibus probationibus poſtea
ſubſequutis pro parte actoris, reintegrari, id eſt, re-
ſtitui in priſtinum ſtatum, & ipſum debitorem ex-
communicari, non ſolùm quia nõ paruit monitorio
negando, ſed etiam quia non ſatisfecit de ſumma
petita, in qua creditor, poſt negationem debitoris,
probauit ſe creditorem.

Lapſo termino, proxime, per D. Auditorem par-
ti ad ſolueñ ſummam, in qua condemnata extitit,
præfixo, actor facit citari reum, ad videñ ſe declara-
ri & literas decerni, modis, quibus ſupra, ad primã
ſiue per totam, inſtante creditore.

Qui in termino comparet, & reproducta citatio
ne Curſoris, obtinet aduerſarium declarari, & con-
tra eum literas decerni, ſimpliciter, licet aliquando
fiat cum conditione, vz, niſi ad primam, habito re-
ſpectu ad qualitatem perſonarum.

Seruatis dictis terminis, extrahuntur literæ de-
claratoriæ, & publicantur per Curſorem, modo quo
ſupra, & expectantur decem dies à die publicatio-
nis, vt dixi ſupra.

Et ſucceſſiue lapſis decem diebus, citato reo ad
videñ ſe aggrauari, & reaggrauari, cum inuocatione

Et quoniam ſæpe contingit, quòd dum procedi-tur contra debitorem, vigore dictæ obligationis, dictus debitor vult ſuſcipere cenſuras, dicas de ſtylo, ipſum eſſe admittendum ad dictam ſuſceptionẽ cenſurarum, niſi in caſibus infraſcriptis.

Primò, ſi ipſe debitor eaſdem ſuſceperit cenſnras aliàs in inſtrumento.

Secundò, ſi eſſet iam ſeruatus terminus ad videñ ſe aggrauari, & reaggrauari, cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis.

Quia in iſtis duobus caſibus, nunquam admitti conſueuit, quia iam D. Auditor contra illum cenſuras decreuit, vt ſupra dictum eſt.

De termino ſtatuẽdo debitori, ſuſcipiẽti cenſuras. Cap. XII.

SEd qualis terminus ſit debitori ſtatuendus, ſi, vltra dictos duos proximos caſus, voluerit ſuſcipere cenſuras,

Diſtingue aut agitur de ſumma excedente ſummam quindecim ducatorum, & tunc cenſuræ conceduntur, cum termino xxx. dierum.

Si vero agatur de minori ſumma, vz, non excedere ſummam duc. xv. tunc relinquit arbitrio D. Auditoris concedendi cenſuras per x. vel xv. dies, vel aliàs, prout ipſe expedire cognouerit.

Extractis cenſuris, poteſt creditor procedere ad executionem realem & perſonalem, coniunctim vel

ſeparatim,nec facta vna executione,impeditur quin poſſit accumulatiuè procedere,vt ſupra dixi.

De modo procedendi ad ſubhaſtationẽ pignorum. Cap. XIII.

SEd ſi fiat executio realis, ſeruandi erunt termini infraſcripti,vz,quòd debitor citabitur perſonaliter (etiam per totam,aliàs per affixionem, ſi habet domicilium,vna die pro alia,& ſi abſens, per Audiẽtiam Cõtradictarum,vel ad valuas D.Auditoris,ſeu campi Floræ, iuxta decretum D.Aud. vt ſupra dixi)ad reluendum pignora, aliàs videndum,& audiendum decerni mandatum de cõſignandis pignoribus Curſori,ad effectũ ſubhaſtãdi,& illa ſubhaſtari mandari,inſtante creditore principali.

Termino adueniente, comparebit creditor, ſiue eius procurator,& ſi debitor abſens fuerit,vel ẽt præſens,& nihil validi deduxerit, D. Auditor ad inſtantiam creditoris, mandabit conſignari pignora capta ꝑ executione debiti, ꝺ̄ quo agitur,Curſori,ad effectũ illa ſubhaſtandi, illaq; ſubhaſtari mãdabit.

Huiuſmodi termino ſeruato, ad inſtantiam creditoris,notarius dabit mandatum cõtra executorem Curiæ,vt conſignet bona debitoris capta ꝑ executione N.Curſori,ad effectum ſubhaſtãdi,quia D.Auditor ita mãdauit,& illa ſubhaſtari decreuit.

Vigore huiuſmodi mandati, executor ad inſtantiam creditoris,conſignabit N.Curſori pignora per

euni de bonis debitoris,pro executione mandati executiui,ablata.

Quibus bonis ſic conſignatis, Curſor deſcriptis dictis bonis in vna cedula,dicta bona,pluribus quibus viſum fuerit,ſubhaſtanda demõſtrabit,& eoſdē interrogabit An ipſi ſeu aliquis ipſorum velint dicta bona ſubhaſtāda & deliberanda emere,& quantum pro eiſdem dare voluerint; & tunc illud quod offertur,in dicta cedula ſeriatim annotabit,deſignādo perſonas,& pecuniarum ſummas oblatas per ſingulos.

Factis diligentiis huiuſmodi, & deducto ad notitiam creditoris,quo'd Curſor inuenit offerentes,recuperat ab ipſo Curſore cedulā prædictam, ſubſcriptam manu propria Curſoris, in qua ſunt deſcripta bona ablata pro executione, vnà cum nominibus offerentium,& pecuniarum ſummis oblatis.

Quo facto,citatur debitor,etiā per totam,ſi præſens, alioquin ad primam, prout ſuperius dictū eſt, ad vidēdum bona capta pro executione,& ſubhaſtata,plus offerenti deliberari, inſtante creditore principali.

Adueniente termino,cōparet creditor, ſiue eius procurator, & reproducta cedula ſubhaſtationis dictorum bonorū ſubſcripta per Curſorem, parte abſente; vel etiam præſente,obtinet dicta bona deliberari plus offerenti, niſi infra decem dies debitor illa reluerit, & hoc intellige, ſi bona ſunt mobilia, alioquin ſi ſint immobilia,datur terminus 30.dierū.

Et

Et aduerte, quod aliquando ſolet fieri huiuſmodi deliberatio cum intimatione, aliquando ſine inti= matione, ad quod decretum eſt aduertendum.

Elapſis dictis terminis, duplicem proceſſum cir= ca cõſignationem dictorum bonorum, factam plus offerenti, vidi obſeruari.

Vnum ſcilicet, quod is qui plus obtulit ſatisfa= cit creditori de ſuo credito, & ſi quid ſupereſt de pe cuniis oblatis pro pignoribus ablatis, ſubhaſta= tis, & deliberatis, deponit pęnes notarium cauſæ, & deinde accipit poſſeſſionem bonorum eidem deli beratorum.

Secundum vidi obſeruari, & hoc rectius, & iuri= dicum vidi declarari, quia lapſis dictis terminis de liberationis, citatur debitor ad videñ ſolui credito ri pecunias ſibi debitas, ex precio oblato, pro bonis ablatis, ſubhaſtatis, & deliberatis, & ſi quid reſidui eſt, illud deponi penes notarium cauſæ, ac videñ mandari conſignari bona ſubhaſtata, & deliberata plus offerenti, & ipſum induci in poſſeſſionem bo= norum deliberatorum, ſi immobilia, ſi vero mobi= lia, illa conſignari mandari.

Et ſi in termino debitor nihil dixerit, inſtabit creditor, cogi plus offerentem ad ſoluendum pecu= niarum ſummam ſibi debitam, pro concurrenti ſum ma ſui crediti, & reſiduum deponi per ipſum plus offerentem.

Et tunc D. Auditor conſueuit dictum plus offe= rentem cogere ad ſoluendum creditori ſummã ſui

crediti, quatenus ſumma oblata pro bonis, aſcendat ad ſummam crediti dicti creditoris, & ſi quid ſupereſt, illud deponeñ ad vtilitatem debitoris.

Quibus peractis, D. Auditor, inſtante creditore, & plus offerente, mandabit bona deliberata, quatenus mobilia, conſignari plus offerenti, & quatenus immobilia exiſtant, dictum plus offerentem in poſſeſſionem eorundem induci.

Et vigore huiuſmodi decreti, plus offerens accipiet poſſeſſionem rei ſubhaſtatæ, & tuebitur in illa auctore Iudice.

Et quia, vt ſupra, apparet diuerſimode obſeruatũ fuiſſe, circa hmõi conſignationem bonorum, ideo vidi pluries hęſitari, & dubitari de primo modo, & teneri ſecundum proceſſum eſſe tutiorem; quia re integra, vz, antequam is qui plus obtulit ſoluat creditori pecunias ſibi debitas, etiam poſt lapſum termini, debitori præfixi, poteſt debitor ſoluere creditori pecunias ſibi debitas, tam pro ſorte principali, q̃ pro expenſis, non obſtante deliberatione facta, tertio, quia creditori nihil præiudicat, & plus offerenti nullum infertur damnum; debitori vero ſuccurritur, quia circa ſubhaſtationes & deliberatiões huiuſmodi, plures committuntur fraudes. Et quia difficile reperiuntur, qui velint emere bona per ſubhaſtationes, idcirco creditores ſolent ſupponere oblatores, & offerre ꝑ bonis ſubhaſtandis, aliqñ medietatem, aliqñ duas partes minus, valoris bonorum ſubhaſtandorum, & ſucceſſiue a dictis offeren

tibus recipiunt bona ſubhaſtata, & deliberata, pro multo minori pretio q̃ venderentur aliás q̃ per ſubhaſtationem.

Et quoniam ſæpe contigit, quòd bona ablata ꝑ executione mandati executiui, ſtãtibus rationibus de q̃bus ſupra, nõ ſunt ſufficientia ad ſatisfaciendũ creditori, ꝑ ſumma ſui crediti & expenſarũ, ideo de more, ſtylo, & conſuetudine dictę Curiæ, poteſt vigore dicti primi mãdati procedi ad vlteriorem executionem contra debitorem, tam realem q̃ perſonalem, donec fuerit facta integralis ſatisfactio creditori de ſuo credito, modo quo ſupra; quia & ita cauetur in brachio ſæculari, vz, quia D. Auditor committit q̧ procedatur ad huiuſmodi executionem vſq; ad ſatisfactionem integram debiti, & expẽſa℞.

Et quia ſuperius dixi q̧ inſtrumenta extraneo℞ notariorum debent recognoſci antequam procedatur ad illo℞ executionẽ, dic ſic teneri indifferẽter.

Attamen dum agitata fuiſſet quædam cauſa ad inſtantiam Bernardi & Marci de Spaleis, contra Io. Antonium de Gais, vigore inſtrumenti rogati per notarium extraneum, inſtrumẽto huiuſmodi non aliter recognito, ego qui defendebam cauſam Io. Antonii, dabam de nullitate cẽſurarum decretarum per D. Auditorem, & hæc coram Reuerẽ. D. Iacobo Simoneta, tunc Auditore Rotæ, ad quem cauſa huiuſmodi per appellationem deuoluta fuerat; & idem Reuerẽ. D. Iacobus ſe interpoſuit pro concordia, aſſerens pro firmo, proceſſum valere, ſtante

rium,& ſic infamiam; & vidi iudicari, ipſos nō eſſe tutos tali abſolutione, quia non eſt data, niſi ad effectum agendi, immo & ſi data eſſet etiam ad effectum excipiendi, illa non obſtante, procedretur ad executionem, vt in bulla Leonis X. de qua fol. 259. in fine col. 2.

In quibus cauſis, & contra quas perſonas D. Auditor poſſit procedere, tanq̃ Iudex ordinarius. Cap. XV.

CApio ſecundum caput Iuriſdictionis præfati D. Auditoris, in quo dicitur, quod eſt Iudex ordinarius Romanæ Curiæ, cuius vigore, conſueuit monere quoſcunq;, tam præſentes in curia, q̃ abſentes ab eadem.

Itẽ & quoſcunq; ſuę iuriſdictioni ſpõte ſubmiſſos.

Item & pro debitis cõtractis in terris ſanctę Ro. Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis.

Item & pro penſionibus ſuper fructibus beneficiorum aſſignatis, quarum ſolutio eſt deſtinata in Romana Curia, & etiam extra Ro. Cu. tamen diuerſo proceſſu.

Item & quaſcunq; perſonas repertas in Cu. etiã pro debitis contractis extra ipſam Curiam.

Item & quoſcunq; curiales extra Ro. Cu. degentes, ad inſtañ quarumuis perſonarum.

Item & ad inſtantiam ipſorum curialium, etiam extra Ro. Curiam degentium, quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, vel regulares, ꝑ quibuſuis pecuniarũ

ſummis,rebus,ſeu bonis.

Item & cognoſcere quaſcunque cauſas criminales,ad eius Tribunal deductas,& etiam de criminibus perpetratis extra Ro.Cu.dummodo delictum ſit poſt deductum ad dictam Ro. Cu. monitoriis præuiis,modo infraſcripto.

Et primo' in caſibus prædictis,poteſt monere quoſcunque curiales, & etiam forenſes in Ro. Cu. repertos,pro quibuſuis debitis,ad quancunq; ſummam aſcendentibus, & vigore monitoriorum huiuſmodi procedere,habito tamen reſpectu ad quan titatem debitam.

Nam ſi agitur de ſumma vſq; ad ſummam centũ, vel de re valoris eiuſdem,poterit executiuè procedere,nullis ſeruatis terminis.

Si verò proceditur pro ſumma excedente ſummã centum ducatorum,vel de re valoris eiuſdem,tenetur ſeruare terminos,prout in beneficialibus, dummodo non agatur ad factum, quia tunc poteſt etiã executiuè procedere.

Poteſt etiã in omnibus caſibus prædictis decer nere monitoria extra Ro.Cu. etiam per edictum, conſtito extraiudicialiter de non tuto acceſſu, facta tamen mentione in dictis monitoriis de facultate ſibi conceſſa per fe. re. Leonem X.abſq; inſertione dictarum literarum ipſius Leonis.

De monitoriis inCuria,& eorum proceſſibus in contumaciam. Cap. XVI.

CApio igitur monitoria, quæ fieri ſolent in Cu. & primo proceſſum contumacialem.

Solet itaq;, vt dixi, monere quoſcunq; in caſibus prædictis in Ro. Cu. repertos, vt ſatisfaciant, vel adimpleant id, ad quod a creditoribus conueniuntur, infra dies tres, ſub excõmunicationis pęna, & etiam aliis pecuniariis pęnis arbitrio ſuo, & aliquando ſub arreſto.

Nota quod ideo infra tres, quia omnis ſententia executionis debet habere trinã monitionem, ideo dicitur infra tres dies.

Monitoria autem huiuſmodi, ſolent exequi per Curſores Sanctiſſ. D. N. & perſonaliter contra debitores; alias non valent, quia afficiunt animam, ſtante dicta pęna excommunicationis.

Elapſis itaq; dictis tribus diebus, ſi Rei non paruerint dictis monitoriis, ſolent citari perſonaliter, ſi agitur de ſumma excedente duc. xx. alioquin per affixionem ad valuas domus, vna die ꝓ alia, ad videñ ſe excommunicari, quia nõ paruerunt monitorio, ad primam diem, & etiam per totam, ſi perſonaliter citentur.

Adueniente termino, actor reproducit monitorium, & citationem huiuſmodi, & in contumaciam obtinet aduerſarium excommunicari, niſi ad primã cum intimatione, per quemcunq; Curſorem.

Succeſſiue fit intimatio præfata, & citatᵉ monitus, ad videñ ſe declarari, & literas decerni, ad primam, inſtante creditore, qui in termino comparet, & in

contumaciam, obtinet dictum aduerſarium declarari, & contra eum literas decerni, niſi ad primam, cũ intimatione, per quemcunq; Curſorem.

Deinde fit dicta intimatio, & citatur monitus, ad videñ mandari tradi literas ad primam diem, inſtante creditore; qui relatione facta, comparet, & obtinet contra aduerſarium mandari tradi literas.

Et nota quód dictum mandatum aliquando fit ſub conditione, aliquandò ſimpliciter, prout D. Auditori videtur, habito reſpectu ad perſonas, aliquando fit niſi ad primam.

Et nihilominus literæ traduntur ſub Data declarationis, ob non paritionem monitorii, & ob non ſolutionem debiti, de quo in monitorio, non autẽ ſub Data termini, quo D. Auditor mandat tradi literas.

Dictis ſiquidem literis extractis, debent publicari per Curſores in acie campi Floræ, & à die publicationis expectãtur X. dies.

Elapſis autem dictis decem diebus, citatur debitor monitus, ad videñ ſe aggrauari, & reaggrauari, vnà cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, ad primam, inſtante creditore.

Qui relatione facta comparet, & in contumaciã reproductis literis declaratoriis, cum publicatione Curſoris, obtinet reum aduerſarium aggrauari, & reaggrauari, cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis; in quo brachio ſæculari D. Auditor mandat fieri executionem etiam pro expenſis.

Et nota ꝙ vigore huiuſmodi brachii ſæcularis,

non

poteſt fieri executio realis pro debito, quia eſt decretum contra perſonam Rei non comparentis, nec parentis monitorio; & ideo poteſt etiam ipſe reus capi, & publicari pro excommunicato, declarato, aggrauato, & reaggrauato, vnà cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, donec paruerit monitorio, Tamen non poteſt fieri executio realis, niſi pro expenſis, quatenus taxatę eſſent, quia pro ſorte principali, nulla fuit ſecuta condemnatio.

Et nota ꝙ ipſe D. Auditor non conſueuit, nec poteſt procedere in aliquo caſuum prædictorum, ad liquidationem debiti, nec recipere aliquas probationes, niſi lite conteſtata, vel præuia commiſſione. Bene poſſent examinari teſtes, ſi eſſent abſfuturi, & ad perpetuam rei memoriam, ſi valetudinarii, vel ſenes eſſent, parte tamen citata.

Item nota quòd monitus nunquam admittitur, niſi negato monitorio; & refectis expenſis contumacialibus, etiam ſi eſſet curialis, vel incola.

Sed ſi eſt forenſis, ſiue alienigena, tenetur vltra litis conteſtationem, & expenſarum refectionem, conſtituere procuratorem, ac ſatisdare de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo.

Excipiuntur tamẽ à præſtatione huiuſmodi cautionis, habitantes in terris Eccleſiæ, & habentes in eiſdem bona, quia contra eos de facili poteſt fieri executio. Item & beneficiati, qui ſubiiciuntur foro eccleſiaſtico, quos admitti vidi per ſolam obligationem.

quæ habetur pro conteſtatione litis, Monitorium non tollitur de medio, ſed ſuſpenditur vſquequò ſuperueniant probationes; quibus factis, citatur debitor, vt proxime dixi, ad videñ reintegrari monitorium; quæ verba important ſenſum huiuſmodi vz, ad videñ monitorium ſuſpenſum per negationẽ factam per reum, ſtantibus probationibus poſtea ſubſequutis pro parte actoris, reintegrari, id eſt, reſtitui in priſtinum ſtatum, & ipſum debitorem excommunicari, non ſolùm quia nõ paruit monitorio negando, ſed etiam quia non ſatisfecit de ſumma petita, in qua creditor, poſt negationem debitoris, probauit ſe creditorem.

Lapſo termino, proxime, per D. Auditorem parti ad ſolueñ ſummam, in qua condemnata extitit, præfixo, actor facit citari reum, ad videñ ſe declarari & literas decerni, modis, quibus ſupra, ad primã ſiue per totam, inſtante creditore.

Qui in termino comparet, & reproducta citatione Curſoris, obtinet aduerſarium declarari, & contra eum literas decerni, ſimpliciter, licet aliquando fiat cum conditione, vz, niſi ad primam, habito reſpectu ad qualitatem perſonarum.

Seruatis dictis terminis, extrahuntur literæ declaratoriæ, & publicantur per Curſorem, modo quo ſupra, & expectantur decem dies à die publicationis, vt dixi ſupra.

Et ſucceſſiue lapſis decem diebus, citato reo ad videñ ſe aggrauari, & reaggrauari, cum inuocatione

auxilii brachii ſæcularis, reproducuntur per credi-torem literæ declaratoriæ, cum publicatione Curſoris, & creditor obtinet debitorem aggrauari, & reaggrauari, cum inuocatione brachii ſæcularis, vnico contextu.

Vigoreq; huiuſmodi brachii ſæcularis, circa executionem perſonalem, & realem, idem ſeruat ordo qui ſeruatur circa brachium ſæculare, decretum vigore obligationis in forma Cameræ, de quo dixi ſupra.

Et nota q; ſi in huiuſmodi negotio appelletur à reintegratione monitorii, vel quouis alio grauamine, D. Auditor ſolet procedere per repoſitionem, vt retineat executionem apud ſe.

De modo procedendi in cauſis ordinariis, excedentibus ſummam centum. Cap. XVIII.

SI vero agatur de ſumma excedente ſummã centum, idem ſeruatur proceſſus circa contumaciã, quem dixi ſeruandum eſſe in ſumma infra centum, vſque ad litis conteſtationem.

Sed poſt litis cõteſtationem, mutatur proceſſus, & in dictis cauſis ſeruantur termini, prout in beneficialibus, & factis debitis probationibus pro parte actoris, citata parte, & data cedula petitionis, quæ habetur pro libello, D. Auditor pronunciabit diffinitiue, ſubſcribendo ſententiam, prout ſolet fieri in

cauſis beneficialibus.

Fallit tamen proceſſus huiuſmodi, quando agit ad factum tantum, vtputa ad exhibendum librum, equum, vel veſtem, etiam valoris ducentorum, quia poteſt procedi executiue, & ita obſeruari vidi, etiã in contradictorio, coram præfato D. Caliſto, in quadam cauſa exhibitionis vezzii, ſiue lineæ perlarum, pro Gaio Gioellerio, contra Dionoram curialem.

Et ſi ab huiuſmodi ſententia appellatur, D. Auditor conſueuit dare reuerentiales, quia ſimiles cauſæ debent determinari per tres ſententias.

De monitoriis extra Curiam, & illorum proceſſu in contumaciam. Cap. XIX.

DEuenio nunc ad proceſſum monitoriorum, decretorũ per præfatum D. Auditorem extra Ro. Cu. in caſibus, de quibus dixi ſupra. Et dico quod in prædictis quibuſcunque caſibus, etiam in cauſis criminalibus, conſueuit dare monitoria extra Curiam, etiam per edictum, conſtito ſummarie de nõ tuto acceſſu, abſque inſertione literarum ſuæ facultatis, faciendo tamen mentionem, ſe id poſſe facere ex facultatibus ſibi conceſſis per Leonem X. & dictis monitoriis in Partibus debitè executis, conſueuit procedere modo infraſcripto, vz,

Quia lapſo tempore præfixo in dicto monitorio, actor per ſe, vel per procuratorem conſueuit re-

pro quarta,& ex ſuperabundanti.

Adueniente termino,actor reproducit huiuſmodi citationem,& accuſat contumaciam non docentis ſe paruiſſe literis quarto pro quarta, & ex ſuperabundanti.

Deinde citatur reus,ad concludeñ & audieñ ſententiam, & videñ ſe declarari incidiſſe & incurriſſe in pęnas contentas in monitorio,ad primam diem.

In quo termino comparet actor, & reproducta citatione, & data cedula petitionis, obtinet ferri ſententiam, quam D. Audiror fert in ſcriptis,ſubſcribendo cedulam iuxta tenorem petitionis, quæ habetur pro libello, & dicta ſententia dicitur ſententia declaratoria.

Et ſi ab ea appellatur, D. Auditor conſueuit vel reponere,vel dare terminum Iuris,ad hoc vt per huiuſmodi repoſitionem retineat apud ſe iuriſdictionem,& ob termini iuris dationem,poſſit procedere ad vlteriora.

Et nota quod quartus terminus, de quo ſupra, non eſt de neceſſitate, ſed ſeruatur ex ſuperabundãti,& vidi ſubſtineri proceſſum cum tribus citationibus,quia tres citationes reddunt vnum contumacem,& quarta verum contumacem.

Vidi tamen ãnullari proceſſum,in quo terminus quarto pro quarta, fuerat inculcatus cum termino ſententiæ, ſcilicet eo die,quo fuit data ſententia, & ſic nulliter,quia licet poſſit obmitti, non tamen debet male ſeruari.

Poſt præmiſſa, quandocunq; venerit reus,& negauerit monitoriũ,per ſe,vel pprocuratorem,admittitur negato monitorio, & refectis expenſis: Fallit tamen in cauſis criminalibus.

Sed ſi ante obſeruationem dictorum terminorũ, procurator dederit mandatum, non erunt ſeruandi termini modo prædicto, ſed citabitur procurator ad ſingulos actus, prout ſuperius dictum eſt, donec ſit negatum monitorium.

Poſt prolationem dictæ ſentẽtiæ, de qua ſupra, extrahuntur literæ, publicantur per Curſores, expectãtur decem dies,& illis elapſis ſeruatur idem proceſſus pro vlteriori executione, quem dixi ſeruandum eſſe contra monitum in Curia contumacem, & brachium ſæculare eandem habet vim, quam dixi habere brachium ſæculare decretum contra monitum in Curia contumacem.

De modo procedendi poſt litẽ conteſtatã, in monitoriis decretis extra Curiam. Cap. XX.

NEgato ſiquidem dicto monitorio extra Curiã decreto, idem ſeruatur proceſſus, quem dixi ſeruari circa monitoria facta in Curia, habito reſpectu ad quantitatem ſummæ debitæ.

Modus procedendi in cauſis criminalibus, via monitorii introductis. Cap. XXI.

Sed

SED aduerte, quod eadem ratio non militat in cauſis criminalibus, quia poſtquam monitoriũ eſt exequutum contra reum, nõ admittitur dictus reus per procuratorem, ſed tenetur comparere per ſe ipſum, & ſe expurgare à criminibus, de quibus in monitorio, & propterea nõ ſufficit quod per procuratorem, ſiue etiam per ſe ipſum neget monitorium, & reficiat expenſas (quod facere poteſt monitus pro ciuili cauſa) quia oportet quod compareat coram D. Auditore perſonaliter, & ſequatur ipſius D. Auditoris iudicium.

Verumtñ ſciendum eſt, quod ſi monitus eſt infirmus, vel alias impotens ad veniendum ad Ro. Cu. poteſt admitti per excuſatorem, ad excuſandũ, non autem ad defendendum, niſi prius facto proceſſu ſuper excuſatione; quo facto D. Auditor vel reſpuit, vel admittit excuſationes; quas ſi reiecerit, proceditur ad vlteriores cenſuras, nec vlterius admittitur per excuſatorem.

Si vero D. Auditor declaret excuſationes fore legitimas, conſueuit admittere per procuratores, vel expectare tempus, quo impedimenta, ſi ſint talia, quæ poſſint tolli, per lapſum temporis, de medio tollantur.

Et nota, quia ſuperius circa principium proceſſus huius capitis, dixi D. Auditorem conſueuiſſe procedere in quibuſcũq; caſibus criminalibus, hoc intelligendum eſt etiam de proceſſu in quo agitur de pęna corporis afflictiua, ſcilicet de morte natu-

rali, vſque ad ſententiam excluſiue, & poſtea remittere conſueuit ad Iudices ſæculares.

Circa vero proceſſus vbi agitur de morte ciuili, vidi eundem procedere vſque ad ſententiam incluſiue, & illius executionem, & plures mittere ad triremes, ad tempus, vel in perpetuum.

De proceſſibus contra debentes penſiones. Cap. XXII.

CApio proceſſum fieri ſolitum contra debentes ſoluere penſiones.

Et dico quod aut agitur ad ſolutionem penſionis, cuius ſolutio eſt deſtinata in Ro. Cu. aut de ſolutione penſionis, cuius ſolutio eſt deſtinata extra Romanam Curiam.

Si agitur pro penſione, cuius ſolutio eſt deſtinata in Curia, ſeruatur, quod productis literis reſeruationis penſionis, & conſenſu, probatur abſentia debitoris, qui conſenſit, per teſtes, vel per iuramentum (& ſuper eo pluries dubitari vidi, vt infra dicam) Et probata huiuſmodi abſentia, decernit proceſſus, & ſeruantur iidem termini, quos dixi ſuperius ſeruandos eſſe circa alia monitoria deſtinata extra Curiam, vz, ad dicendum contra literas apoſtolicas, iura producta & repetita, iurare teſtes ſup recognitione, ac docendum ſe paruiſſe eiſdem literis, primo, ſecundo, tertio, & quarto, prout ſupra.

Deinde ſeruatis dictis terminis, citatur reus ad videñ ſe declarari, & literas decerni, ad primam, in-

ſtante creditore. In dicto termino comparet,& re-
producta citatione,ac data cedula petitionis, D.Au
ditor fert ſententiam declaratoriam, declarando di
ctum debitorem incurriſſe ſententiam,& pęnas cō
tentas in literis apoſtolicis reſeruationis penſionis
prædictæ,cui reſeruationi principalis præfatus cō-
ſenſerat per ſe ipſum.

Et extractis literis, idem ſeruatur proceſſus pro
vlteriori executione,quem dixi ſeruandum fore cir
ca extractionem literarum decretarum contra con
tumacem non parentem monitorio decreto extra
Curiam,de quo ſupra.

Attamen non admittitur debitor, etiam ſi com
paruerit ante declarationem,ad iudicium, reficien-
do expenſas, adeo quod iam facta non teneant, niſi
ſatisfecerit, vel deduxerit aliquid validi, propter
quod veniat penſio annullanda, vel conſtet quod
male fuerit aſſignata,quia in literis apoſtolicis reſer
uationis prædictæ, conſtat de reſeruatione penſio-
nis de conſenſu partis, de ſententia lata per Pontifi
cem ſub conditione, ꝙ Niſi ſatisfecerit infra men-
ſem,poſt lapſum cuiuslibet termini ſtatuti ad ſol-
uendam dictam penſionem,incurrat excommuni-
cationis ſententiam,ita ꝙ elapſo dicto termino,de
bitor eſt excōmunicatus,& D. Auditor qn̄ fert de-
claratoriā,no excōmunicat, ſed declarat iam factū,
vz,debitorem incurriſſe in ſententiā latam per Pon
tificem,quia literæ apoſtolicę & conſenſus præfati
habentur pro probatione probata.

tuerunt,nec poſſunt fieri parte non citata,maxime cum debitor non conſenſerit ſponte in iuriſdictio= nem ipſius D.Auditoris;& ſtylus,quo vtuntur cir= ca obligationes in forma Cameræ, non poterat ſer= uari circa huiuſmodi caſum,quia in obligatiōe de= bitor conſenſerat in iurisdictionē D. Auditoris, & conſtituerat procuratores ad ſubmittendum ſe de= bitorem,& ad cōfitendum debitū,de quo in inſtru mento;quæ nō militant in caſu iſto, cum caſus ſint diſpares. Nihilominus præualuit aliorum opinio, & ſic contra principalem,qui conſenſit aſſignationi penſionis ſoluendæ in Curia,fuit proceſſum iurata vel probata abſentia per teſtes ,abſque aliqua cita= tione.

Sed ſi etiam penſio reſeruata,eſt ſoluenda in Cu ria,& conſenſus ſit præſtitus per procuratorem, nō autem per principalem,& non conſtet principalem debitorem iam ſoluiſſe dictam penſionem,ſeu ha= buiſſe veram notitiam de conſenſu præſtito, alius ſeruatur proceſſus,vz,

Quòd decernitur monitorium contra principa lem debitorē,ad Partes, & illo executo, & reprodu cto cum executione, & literis reſeruationis penſio nis cum conſenſu , ſeruatisq; quæ ſeruanda fore di xi in aliis penſionibus, proceditur prout dictū eſt ſupra.

Sed quia ſæpe contingit,ꝙ hii, qui conſentiunt per ſe ipſos,ſeu etiam per procuratorem, decedūt, ſeu beneficia,ſuꝑ quibus sūt aſſignatæ huiuſmodi

penſiones, aliis renunciant, & creditor, ſiue is, cui eſt aſſignata penſio, vult procedere contra ſucceſſorem in dicto beneficio ſeu beneficiis, ſuper quo, ſeu ſuper quibus eſt aſſignata prædicta penſio, erit procedendum contra dictum ſucceſſorem, monitorio præuio, vt ſupra dictum eſt, & intimatis eidem ſucceſſori literis reſeruatæ penſionis huiuſmodi, cum conſenſu eius qui conſenſit aſſignationi.

Attamen non tam de facili procedetur contra ſucceſſorem, quàm proceditur contra principalem qui conſenſit per ſe, vel per procuratorem.

Quia ſiue ſucceſſor comparuerit, ſiue non, tenetur is, qui petit penſionem, probare reum conuentũ ſucceſſiſſe in beneficio, ſuper quo eſt aſſignata penſio, & ipſum percepiſſe fructus, vel ſtetiſſe per eum quo minus illos perceperit.

Et nihilominus audietur talis ſucceſſor in ſuis exceptionibus, in quibus non audiretur is, qui conſẽſerat, niſi superuenerit cõmiſſio, quæ mandat D. Auditori procedi ſine retardatione ſolutionis penſionis, Et tunc, conſtito quòd ille, cui eſt reſeruata penſio, fuerit in quaſi poſſeſſione percipiendi dictã pensionem, non admittitur ſucceſſor ad alias exceptiones, niſi ad illas, ad quas admitteretur is, qui conſenſit, niſi prius parito literis reſeruationis dictę penſionis.

Sed quid ſi ille qui conſenſit, vel etiam ſucceſſor reſignauerit dictum beneficium alteri, & conuenti à creditore, docuerint ſe reſignaſſe beneficium hu-

iuſmodi, etiam per publica documenta? Vidi obſeruari ꝙ non excuſantur,ſed poteſt agi contra eos, niſi vnà cũ reſignatione huiuſmodi, legitime probauerint,illum, cui fuit reſignatum dictum beneficium percepiſſe fructus, & hoc ad euitandas fraudes,ne per huiuſmodi reſignationes, beneficia,ſup quibus ſunt aſſignatæ penſiones, in dies reſignarẽtur,nunc vni,nunc alteri,& is, cui eſt reſeruata penſio,fraudaretur ſua penſione.

Quo in loco ſit ſoluenda penſio, cuius ſolutio non eſt deſtinata in Cu. Et de proceſſu ſuper ſolutione huiuſmodi penſionis. Cap. XXIII.

ET quoniam ſolutiones penſionum non deſtinantur ſemper in Curia,immo nec fit mentio de loco,in quo ſunt ſoluendæ,Seruatum fuit,eſſe intelligendum,penſionẽ deberi in loco beneficii, ſuper cuius fructibus eſt aſſignata dicta penſio.

In eũ igitur caſum,in quẽ ſcilicet ſolutio penſionis eſt deſtinata tacite vel expreſſe in Partibus & extra Cu. Talis ſeruatᷣ proceſſus,ſcilicet ꝙ decreto monitorio contra principalẽ,qui conſenſit per ſe vl̃ ꝑ procuratorẽ, ſiue ẽt cõtra ſucceſſorem, illoq; executo,ac reproducto, idem ſeruatur proceſſus, quẽ ſuperius dixi ſeruandum contra principalem, qui per procuratorẽ conſenſerat aſſignationi penſionis, vel etiam contra ſucceſſorem.

An, & quando ſucceſſor in beneficio, teneatur ad penſiones decurſas & non ſolutas tempore ſui prædeceſſoris. Cap.XXIIII.

SED quid fuerit ſeruatũ in caſu, in quo ille, cui eſt aſſignata penſio, petit à ſucceſſore ſibi ſolui nedum penſiones debitas pro tempore quo ſucceſſor poſſedit, ſed illud totum quod debebat prædeceſſor ipſius ſucceſſoris?

Vidi teneri & obſeruari per R. P. D. Nicolaum de Piccolominibus tunc Locumtenentẽ D. Auditoris, vz, quód ſucceſſor teneretur etiam ad ſoluendũ penſiones decurſas tempore ſui prędeceſſoris, dummodo is cui eſt aſſignata penſio, probet ſe fuiſſe in poſſeſſione percipiẽdarum dictarum penſionum, & à D. Sagãte famoſo procuratore dictæ Curiæ, ita audiui fuiſſe iudicatum per R. D. Simonetam tunc Auditorem Rotæ, in quadam cauſa pro R. P. D. Andrea Cibo Epiſcopo Terracineñ.

Superueniente poſtea D. Carolo Baccio Aretino, qui in locum dicti D. Nicolai præfuit pro Locumtenente dicto Tribunali, & ipſo adhuc dubitante ſuper huiuſmodi proceſſu, me contuli de ſuo mandato ad R. P. D. Guglielmum Caſſadorum Auditorem Rotæ, à quo habui tale reſponſum, quód erat verum ꝙ Rota tenuerat aliàs vti proxime dixi, & ita fuerat iudicatum.

Sed poſtea mutauit aliqualiter ſententiam, vz, ꝙ fieret diſcuſſio contra hæredes primi debitoris, & ſi poſſent conſequi eius creditum ab eis, exige-

retur

retur debitum per tempus quo dictus auctor poſ‑ſederat dicta beneficia. Sed ſi tales hæredes fuiſ‑ſent reperti non ſoluendo, in ſubſidium Rota pro‑cedebat contra ſucceſſorem in dicto beneficio, p penſionibus debitis per dictum ſuum prædeceſſo‑rem; & hoc, quia iſta actio non ſequitur perſonam, ſed rem.

Et quoniam ſæpe contingit, quòd debentes hu‑iuſmodi pẽſiones, ſe obligant in forma Cameræ de ſoluendo illas locis & terminis conſtitutis, fuit ſæ‑pe dubitatum, an prædictus D. Auditor poſſit vi‑gore huiuſmodi obligationis procedere contra ta‑les obligatos, non productis literis reſeruationis penſionis, vel ſaltem ſupplicatione reſeruationis di‑ctæ penſionis, cum conſenſu illius, qui conſenſit aſſignationi penſionis; Et fuit obſeruatum ꝙ ſup‑plicatio aſſignationis penſionis cum conſenſu, ſuf‑ficeret.

Et nihilominus in euentum in quem produca‑tur ſupplicatio, etiam cũ conſenſu, fuit pluries op‑poſitum, & datum de regula Cancellariæ De nõ iu‑dicando ſuper ſupplicatione, quæ regula eſt in vi‑ridi obſeruantia.

Attamen in iſto caſu, nõ obſtante regula D. Au‑ditor conſueuit procedere ad executionem dictæ obligationis, quia non iudicat ſecundum ſupplica‑tionem, nec cõdemnat debitorem incurriſſe pęnas in ſimilibus infligi ſolitas per S. R. E. Pontifices p tempore, ſed procedit vigore dictæ obligationis

G

in forma Cameræ contra obligatos pro dictis penſionibus,prout procedere conſueuit contra obligatos ex alia cauſa in forma Cameræ. Et dicta ſupplicatio producitur ad effectum probandi aſſignationem penſionis, & iuſtificandum obligationem; & propterea dicta regula in iſto caſu non eſt in obſeruantia.

Qualis proceſſus ſeruari debeat contra non ſoluentem penſiones intra 30.dies,vel contra ſuſtinentem cenſuras per ſex menſes poſt lapſum termini penſionis. Cap. XXV.

CAeterum,quia in literis reſeruationis & aſſignationis penſionum huiuſmodi, Papa cõſueuit excommunicare debentes penſiones, ſi ceſſauerint in ſolutione per xxx. dies poſt lapſum cuiuslibet termini, Et ſi per ſex menſes ſubſtinuerint huiuſmodi cenſuras, pęnam priuationis incurrunt; Ideo ſæpe fuit dubitatum, an poſt lapſum dictorum xxx. dierum,& ſucceſſiue dictorum ſex menſium, præfatus D. Auditor potuerit procedere vnico contextu ad declarationem dictæ ſententiæ excommunicationis & priuationis.

Et licet fuerit allegatum, poſſe procedere vnico contextu ad declarationem incurſus ſententiæ excommunicationis & priuationis, allegando quod D. Auditor declarando debitorem incurriſſe ex-

communicationis & priuationis ſententias, nihil de nouo facit, ſed declarat iam factum,

Attamen ex aduerſo oppoſitum fuit, & ita obſeruatum, q ſententia excommunicationis, de qua in literis apoſtolicis, indiget declaratione, & ſic facto hominis, Et niſi ille, qui debet penſionem, fuerit declaratus incurriſſe excommunicationis ſententiam, & illam per ſex menſes ſuſtinuerit, non poteſt declarari incurriſſe ſententiam priuationis, Et non poteſt dici q ſubſtinuerit dictam excommunicationis ſententiam, niſi ſit declaratus illam incurriſſe.

Quod probatur, ſi bene attenditur, per proceſſum præfati D. Auditoris, quem facit contra debentem huiuſmodi penſiones; quia antequam deueniat ad dictam declarationem, oportet quod ſint ſeruati termini ad docendum ſe paruiſſe, primo, ſecundo, tertio, & quarto, & poſtea procedere ad declarationem incurſus ſententiæ excommunicationis, antequam poſſit procedi ad declarationem priuationis.

Immo fortius, vidi dubitari, an etiam lapſis ſex menſibus poſt declarationem latam, D. Auditor poſſet procedere ad declarationem priuationis, ex quo eſt exequutor dictarum literarum.

Et aliqui tenebant quòd poſſet, quia qui declarat, nihil facit, niſi quòd declarat factum; & ex tenore huiuſmodi literarum, Pontifices pro tempore, voluerunt, quòd debentes huiuſmodi penſiones, qui ſubſtinuerunt ſentẽtiam excommunicationis per ſex menſes, poſſint per præfatum D. Auditorẽ declarari incurriſſe dictam priuationis pęnam.

Ex aduerſo verò opponebatur, ꝙ D. Auditor nõ poterat tam de facili procedere ad declarationem dictę priuationis, quia illi non conſtabat ipſum debentem huiuſmodi penſionem, ſubſtinuiſſe huiuſmodi ſententias per dictos ſex menſes, quia potuit interim ſatisfeciſſe de penſione, & obtinuiſſe abſolutionem de conſenſu partis, ab alio Iudice, Et licet ſententia priuationis ſit declaratoria, prout eſt ſententia declarationis excommunicationis, tamen eſt fundata ſuper negatiua, quæ negatiua eſt fundamentum Actoris, quod habet probare ipſe Actor.

Igitur in iſto caſu obſeruari vidi, non procedi ad priuationem, niſi vel ſeruatis terminis, vel cum commiſſione, ex qua daretur talis iuriſdictio.

Quo pacto procedatur ad canonizationem regreſſus, acceſſus, vel ingreſſus, in euentum non ſolutionis penſionis, reſeruari ſoliti. Cap. XXVI.

RESTAT nunc videre circa ipſas penſiones, an pręfatus D. Auditor poſſit procedere ad canoni-

zationem regreſſus, & acceſſus, vel ingreſſus, qui vt plurimum conceduntur illis, quibus reſeruantur dictæ penſiones, in odium & ad pęnam debeñ huiuſmodi penſiones, & illas non ſoluentium.

Et fuit ſemper obſeruatum, ꝙ non; quia agitur de facto, non autem de declaratione, & propterea ꝙ requiratur cõmiſſio, & citatio vigore eiuſdem, & D. Auditor ſeruet dictæ cõmiſſionis tenorem.

Et requiritur quod huiuſmodi canonizatio regreſſus, acceſſus, & ingreſſus, fiat per tres ſentẽtias, niſi aliter ſit conceſſum in commiſſione, niſi forſan prima vel ſecunda tranſiuiſſet in rem iudicatam.

Quomodo, & qualiter, & contra quem poſſit procedi pro depoſitis factis occaſione regeſtrorum, in cauſis pendeñ. in Cu. Cap. XXVII.

EVenit etiam ſæpiſſimè, ꝙ in Tribunali D. Auditoris Cameræ, conueniuntur debentes ſoluere notario alicuius cauſæ, eorum partem regeſtri, & illam nõ ſoluunt; & propterea cogitur pars ex aduerſo ſatisfacere partem ſibi tangentem, & pãrtem tangentem parti aduerſæ, & deinde ſolutum pro parte aduerſa, repetere coram D. Auditore ab ipſa parte, pro qua ſoluit; & ſup huiuſmodi caſu q̃plures indies oriuntur differentiæ, quarum determinationem breuiter annotabo.

Datur de iure ſoluenti debitum alicuius, vt plu

ries audiui, actio negociorum geſtorum.

Attamen Curia, vt faueret litigantibus, pro huiuſmodi ſolutionibus factis ex cauſa regeſtri, per alteram partem, pro debito tangente ſuo aduerſario, conceſſit actionem depoſiti, hoc medio; quo'd fieret monitorium ad ſatisfaciendum partem ſuam regeſtri, & lapſis diebus tribus apponi ſolitis in dictis monitoriis, monito non ſoluente, poteſt is, ad cuius inſtantiam factum fuit monitorium, deponere apud notarium pecunias debitas p partem monitam, & accipere fidem à notario; & producto dicto monitorio, & cedula, repetere pecunias a' parte monita, pro qua, vt præfertur, depoſuerat pęnes notarium dictas pecunias.

Et aduerte, quo'd monitorium factum ad inſtantiam vnius ex litigantibus, ſuffragatur alteri parti, dummodo poſſit produci, & ſuffragatur pro tota vna inſtantia vſque ad ſententiam excluſiue, dummodo in dicto monitorio apponantur iſta verba, vz, Soluiſſe debeat partem ſuam regeſtri, tam facti q̃ fiendi.

Sed nunc eſt videndum, ad cuius inſtantiam, & contra quem poſſunt fieri huiuſmodi monitoria.

Et dic, quod poſſunt fieri ad inſtantiam principalis, & procuratoris, contra ex aduerſo principalem, & ex aduerſo procuratorem.

Sed ſi fiat ad inſtantiam principalis, contra ex aduerſo principalem, vel procuratorem; non poterit procurator eius deponere, nec contra principalem, nec contra procuratorem monitos. Et ſi ſoluerit ipſe procurator, non poterit agere actione depoſiti; quia monitorium eſt factum ad inſtantiam principalis, & ſolutio eſt facta per procuratorem; & hoc modo diſcordant actio & probatio.

Sed ſi monitorium fuerit factum ad inſtantiam procuratoris, contra ex aduerſo principalem, vel eius procuratorem; poterit bene principalis dicti procuratoris, qui moneri fecit aduerſarios, ſoluere pro ipſis aduerſariis, & eorum altero, & repetere occaſione depoſiti; quia procurator geſſit negocium ſui principalis, & ſic actio & probatio concordant; & idem facere poterit procurator, qui monitorium obtinuit, quia tunc cedula & monitorium concordant.

Sed quid ſi ad inſtantiā procuratoris vnius partis, moneatur ex aduerſo principalis, an poterit dictus procurator ſoluens partem regeſtri dicti ſui

aduerſarii repetere à procuratore ipſius aduersarii, etiã quòd cedula depoſiti dicat, ab ipſo procuratorẽ monente ſe habuiſſe in depoſitum partem regeſtri tangentem dictum ex aduerſo procuratorem?

Dic fuiſſe obſeruatum quòd non tenetur procurator moniti ſoluere dictum depoſitum, quia monitorium & cedula diſcordant, vt ſupra.

Sed ſi ad inſtantiã procuratoris vnius partis, fuerit monitus ex aduerſo procurator, poterit ꝓcurator qui moneri obtinuit, facere depoſitum, non ſolum cõtra procuratorem monitum, qui acceptauit onus, ſed etiam contra eius principalem, quia ex facto procuratoris tenetur principalis.

Sed quomodo ſuccurretur principalibus & procuratoribus, quando cedulæ non concordant cum monitoriis?

Dic, ꝙ datur eiſdem actio negociorum geſtorũ, ad quam probandam non ſufficit cedula, quæ ſufficeret ſi monitorium concordaret cum cedula, ſed habet probare geſſiſſe vtiliter negocium illius, ꝓ quo depoſuit, vz, pecunias eſſe bene ſolutas notario, & quòd notarius tantum habere debebat.

In monitorio autem & cedula concordante, ſufficit reproducere monitorium & cedulam, & tunc tenetur monitus ſoluere illud totum, quod continetur in cedula, etiam ſi notarius accepiſſet ſatis maiorem ſummam, quàm habere debuiſſet, quia eſt imputandum monito, ſi nõ ſatisfecerit infra tres dies, prout fuerat monitus.

Tamen

Tamen reſeruatur illi, qui reſtituit depoſitum parti deponenti, actio contra notarium pro reſtitutione ſummæ, quam plus debito accepit notarius, & quam ipſum monitum ſoluere oportuit parti, quæ depoſuerat pro eo.

Sed qualis proceſſus ſolitus fuerit ſeruari, circa huiuſmodi depoſita recuperanda?

A`principio, ideſt ante plures annos, ſolebat D. Auditor Cameræ procedere vigore monitorii, prout procedit in aliis cauſis.

Sed ab annis decem citra, in Curia conſueuit procedere contra debitorem, hoc modo, vz,

Quòd producto monitorio & cedula (dummodo tamen concordent) citatur pars ad dicēdum cōtra iura producta & repetita, videñ iurare teſtes ſuper recognitione, necnon ſoluendum ſummam contentam in cedula, aliàs videñ tradi mandatum executiuum contra eum, àd primam diem, inſtante creditore.

Qui in termino comparet, & recognitis iuribus, in primo, vel ſaltem in ſecundo termino, obtinet decerni mandatum contra debitorem; & hoc, ad fauendum expeditioni cauſarum, ne propter huiuſmodi lites, partes fatigentur expenſis, & ne de litibus lites exoriantur.

Sed quid ſi pars voluerit ſuſcipere cenſuras, nunquid D. Auditor illas concedere conſueuerit?

Dic quòd ſi ante decretum mandati, conſueuit concedere cenſuras etiam pro huiuſmodi pecuniis

abbreuiando tamen pro libito voluntatis, & iuxta quantitatem debitam; aliàs non.

Quomodo procedatur in cauſis appellationum à ſententiis, tam in Romana Cu. quàm extra eam latis, interpoſitarum. Cap. XXVIII.

COnſueuit etiam recipere appellationes, in terris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis, interpoſitas, à ſententiis latis per quoſcunq; iudices, etiam delegatos, etiam de latere, & illarum vigore decernere citationes ad Partes cum inhibitione.

Et elapſo termino citationis, reproductis citatione cum inhibitione executis, cauſas huiuſmodi audire, & in eis procedere, ſeruatis eiſdem terminis, qui de iure ſeruari debent in cauſis appellationũ de Ordinario ad Ordinariũ, habito reſpectu ad quãtitatem pecuniarum petitarum.

Et ſuper omnia aduertẽdum eſt, ꝙ reproducto proceſſu primæ inſtantiæ, primo citanda eſt pars appellata, ad dicendum contra, ad primam.

Item & ſecundo ad iuſtificandum, & impugnandum, ad primam, ſiue per totam, Et in termino habet appellãs iuſtificare appellationem, & impugnare ſententiam, & proceſſum.

Si ſumma exceſſerit quinquaginta ducatos, ſeruãdi ſunt termini prout in beneficialibus, & ſeruãdus

proceſſus,qui ſupra dictus fuit in cauſis excedenti bus ſummam ducatorum quinquaginta.

Attamen quia iudex appellationis, abſque aliquo diſcrimine,nec habito reſpectu ad quantitatẽ, conſueuit procedere,& procedit in determinationibus cauſarum per ſententias in ſcriptis, confirmando vel infirmando ſententias iuxta iuris diſpoſitionem. A' qua ſententia ſi appelletur,nõ per repoſitiones,vt ſupra dixi in ordinariis,ſed modo quo cõſueuerunt iudices appellationum,apoſtolos dare conſueuit.

Conſueuit etiam recipere quaſcunque appellationes interpoſitas in Romana Curia,à quibuſuis ſententiis latis per quoſcunq; ordinarios Romanæ Curiæ;Gubernatoris,Vicarii, & Senatoris Tribunalibus exceptis .Ita q; reproducto inſtrumento appellationis à ſententiis in Curia latis, & citata parte ad dicendum contra,& videndum inhiberi,poterit inhibere,& procedere ad vlteriora,iuxta quantitatem pecuniarum, prout ſuperius dictum fuit de appellationibus extra Curiam.

Sed pro maiori parte cauſarum,ne contingat poſtea hæſitari de proceſſu , fiunt commiſſiones, per quas datur modus procedẽdi,& iuxta illarum formam proceditur in cauſis.

De executione literarum apoſtolicarum,& ſententiarum in eis latarum,ac illius proceſſu. Cap. XXIX.

CONſueuitq́ quaſcunque literas apoſtolicas, & ſententias in eadem Rom. Cu.per quoſcunque Iudices latas,exequi,non priuando propterea alios Iudices,ſi coram eis partes procedere velint.

Pro quorum intelligentia, eſt aduertendum, ꝙ aliquæ ſunt literæ apoſtolicæ, per quas mandatur, vt ipſis literis pareatur ſub pęna excommunicatio nis,& alię ſunt,in quibus fit comminatio, quod niſi paruerint illi,qui parere debent, ex tunc Romani Pontifices cõſueuerunt ferre excommunicationis ſententiam,& aliquæ etiam ſententiæ feruntur per Iudices etiam delegatos in Ro.Cu.Et circa præmiſ ſa omnia conſueuit procedere modo infraſcripto.

Nam ſi in literis mandatur aliquid fieri ſub pę na excommunicationis, conſueuit D.Auditor vigo re dictarum literarum monere perſonas, quæ in di ctis literis parere tenentur, etiam extra Ro. Curiã, etiam per edictum,conſtito ſummarie & extraiudi cialiter de non tuto acceſſu, vt pareant dictis lite ris;Et ipſis literis monitorialibus in Partibus exe cutis,conſueuit procedere, prout ſuperius dixi,in aliis monitoriis extra Curiam, Et vt facilius cogno ſcatur factum, do exemplum.

Deceſſit in Curia Præpoſitus cathedralis Aſten ſis,qui erat officialis,& Sanctiſſ. D. N. Papæ familia ris; per ipſius obitum fuit prouiſum de dicto bene ficio D. Franciſco Baccodio Viceregenti ; & quia ullus alius præterquam Pontifex Sanctæ Roma næ Eccleſiæ non potuit, nec poteſt ſe intromittere

de huiuſmodi beneficio, tum quia vacauit per obi-tum apud Sedem, tum quia vacauit per obitum of-ficialis & familiaris Papæ; pro tempore Pontifices conſueuerunt in ſimilibus prouiſionibus dare mo nitoria in ſuis literis contra intruſos in dicto bene ficio, & committere perſonis in dignitate eccleſia-ſtica conſtitutis, vt inducant dictum prouiſum in poſſeſſionē dicti beneficii, amoto exinde quolibet illicito detentore.

In iſtis & ſimilibus caſibus, conſueuit D. Audi-tor, licet non ſit nominatus in ipſis literis, ſed tanq̃ executor generalis literarum apoſtolicarum, accu-mulatiue cum aliis; procedere via monitorii, & mo nere perſonas monendas, etiam per edictum, vt ſu-pra; & procedere, vt dixi in aliis monitoriis extra Ro. Cu. decretis.

Sunt & aliæ literæ, quæ nō ſolum continent mã-datum de faciendo, ſed etiam inhibitionem de nō faciendo, & habent ſententiam Pontificis iam per ipſum Pontificem latam in corpore ipſarum; & tũc D. Auditor non conſueuit monere vt faciant, ſed conſueuit citare in Curia, ſiue extra, ad dicendum cauſas quare non debeant declarari incurriſſe pę-nas & ſententias in dictis literis contentas; eiſdem tamen literis reproductis, & ſeruatis quatuor ter-minis, prout dixi in aliis literis monitorialibus.

Et tunc docto ꝙ ſic citati non fecerint ea, quæ eiſdem mandabantur, vel quòd contrauenerint dictis literis, tunc D. Auditor conſueuit procedere

ad declarationem,& vt melius intelligatur factum huiuſmodi,do exemplum.

In caſu vacationis præpoſituræ Aſteñ, de qua ſupra dixi,Papa non commiſit iudicibus, ſed habens notitiam quod Titius ſe intruſerat in dicta præpoſitura, in ſuis literis decreuit monitoriũ contra Titium,vti infra certum tempus debeat relaxare,& tradere dicto Franciſco Baccodi poſſeſſionẽ dictæ præpoſituræ,quæ vacauit apud Sedem, per obitum officialis ſeu familiaris;quod ſi nõ fecerit, ex nunc prout extunc, & econtra,fert excommunicationis ſententiam contra eum.

Executis huiuſmodi literis monitorialibus, & ipſis cum executione reproductis coram D. Auditore Cameræ,tanquam coram executore generali, ſi conſtiterit de contrauentione in non faciẽdo,vł de contrauentione in faciendo cõtra literas, D. Auditor declarabit cõtrauenientem incurriſſe in cenſuras & pęnas contentas in dictis literis,dictis terminis vt ſupra ſeruatis.

Quomodo procedatur ad executionem ſententiarum per Iudices Romanæ Cu. latarum. Cap.XXX.

SED quomodo procedere habeat in aliis ſententiis latis in Curia per Iudices, & non per Papã?

Conſueuit D.Auditor reproductis dictis literis coram eo, tanquam coram Iudice ordinario,& executore quarumcunque ſententiarum latarum in

Romana Curia, abſque aliqua citatione decernere proceſſum per Audientiam Contradictarum, ſiue per edictum, vt dixi ſupra.

Et deinde ſeruato decreto ipſius D. Auditoris, iidem ſeruantur termini, quos dixi ſeruandos eſſe in literis reſeruationis penſionis, cuius ſolutio eſt deſtinata extra Romanam Curiam.

Et ſucceſſiue citata parte D. Auditor procedere conſueuit ad declarationem, prout dixi procedendum fore circa literas prædictas.

Et vt melius capiatur ſenſus huius proceſſus, do exemplum.

Vnus ex D. Auditoribus Rotæ decreuit executoriales ad inſtantiam D. Franciſci Baccodi contra intruſum in præpoſitura cathedralis Aſteñ, quas idem Baccodi intimari fecit dicto intruſo; poterit lapſo termino dictas literas executoriales cum executione, reproducere coram D. Auditore Cameræ, tanquam coram executore generali ſententiarum in Romana Curia latarum, & ſeruatis terminis in ſimilibus ſeruari ſolitis, poterit procedere ad executionem earundem literarum executorialium, ꝑut poterat D. Auditor Rotæ, qui illas decreuit.

Quia eſt vniuerſalis executor quarumcunque ſententiarum, latarum in Romana Curia per quoſcunq; iudices, accumulatiuè cum dictis iudicibus, non autem priuatiuè; ſed habet ſeruare circa modum & ordinem, telam iudiciariã, quã ſeruare debeſ͂t Iudex, qui dictas executoriales decreuerat,

Et ſi in aliquo deficit proceſſus redditur nullus, ꝑ ut vidi declarari per Rotam in quadam cauſa Bergomen̄ incurſus cenſurarum, ante excidium Vrbis, quæ cauſa erat corā R. P. D. Simonetta, tunc Auditore Rotæ. Pro cuius intelligētia, explicabo factū.

Commiſſa quadam cauſa Bergomen̄ bonorum, præfato D. Simonettæ, & decreta citatione cum inhibitione, etiam ſub cenſuris & pęnis pecuniariis; ille, contra quem fuit decreta, & executa inhibitio huiuſmodi, nedum obtemperauit dictæ inhibitioni, verum illi expreſſe contrauenit, de qua contrauentione conſtabat per publica documenta.

D. Ioannes Antonius Bēzonus procurator illius qui cōmiſerat cauſam, reproduxit dictam citationem cum inhibitione coram præfato D. Auditore tanquam executore generali, & obtinuit decerni proceſſum per Audientiam Contradictarū contra aduerſarium ſuum, & probata contrauentione inhibitionis, obtinuit dictum aduerſarium ꝑ D. Auditorem declarari incurriſſe pęnas contentas in inhibitione prædicta.

Is, contra quem fuerat proceſſum ob contrauentionem inhibitionis, appellauit a` proceſſu D. Auditoris, & obtinuit cōmitti cauſam dicto D. Simonettæ; qui D. Simonetta, inſtructa cauſa appellationis, declarauit animum ſuum, vz, quo`d volebat annullare proceſſum D. Auditoris Cameræ per viam nullitatis.

Dictus D. Io. Antonius procurator, qui obtinue

rat

rat coram D. Auditore Cameræ dictam declarationem ſuper inhibitione Rotæ, habuit recurſum ad præfatum D. Auditorem, rogando vt vellet tueri ſuam iuriſdictionem.

Ex cõmiſſione D. Auditoris me contuli ad præfatum D. Simonettam, illi ſupplicando ex parte dicti D. Auditoris, ꝙ ſi habebat aliquod dubium circa proceſſum ipſius D. Auditoris, vellet illud eidẽ D. Auditori declarare, vt poſſet tueri, iure medio, ſuam iuriſdictionem, quia agebatur de perpetuo præiudicio.

Qui D. Simonetta mihi dixit quod ſemper habuerat, & habebat iurisdictionem præfati D. Auditoris ſupra caput ſuum, & quód pro poſſe tueretur ipſam iuriſdictionẽ, ſed circa cauſam Præpoſituræ, erat coactus reuocare proceſsũ ipſius D. Auditoris.

Et accepto regeſtro cauſæ, viſaq; iuriſdictione præfati D. Auditoris, & cognito ex eius inſpectione ꝙ præfatus D. Auditor erat Iudex ordinarius, & generalis executor proceſſuum & ſententiarum in Romana Curia latarum, mihi dixit, Ego non infringo iuriſdictionem D. Auditoris, nec volo reuocare ſuum proceſſum in huiuſmodi cauſa, ex defeſectu iuriſdictionis, ſed quia male ſeruauit ꝓceſsũ.

Nam ex iuriſdictione ſua potuit procedere ad declarationem, de qua in proceſſu; ſed quia ipſe D. Auditor eſt generalis executor accumulatiue cum aliis iudicibus, habet circa executionẽ ſententiarũ latarum per alios iudices ſeruare proceſſum, quẽ

iudices, qui tulerunt ſententias, debebant ſeruare.

Cum itaq; in caſu, de quo agitur, cauſa eſſet com miſſaria, & in commiſſariis cauſis Iudices delegati non poſſint procedere niſi diebus Lunæ, Mercurii & Veneris, inuenio reproductas coram præfato D. Auditore literas inhibitorias per me Simonettam Auditorem decretas, in die Martis; & ſub eadē die decretum ptoceſſum, & ſic nulliter, quia in Rota dies Martis non eſt iuridica, & ex iſto capite, via nullitatis cogor, ſeruando iuris terminos, reuocare proceſſum præfati D. Auditoris, quia totus claudi cat ex decreto prædicto.

Cum præmiſſa retuliſſem præfato D. Auditori, mihi iniunxit vt redirem ad præfatum D. Simonet tam, & ſuæ Paternitati Reuerendæ dicerem quòd idem D. Auditor nō remittebat me ad illum vt vel let tueri nec defendere cauſam huiuſmodi, ſed vt in futurum ſui Locatenentes præcauerent ab hu iuſmodi proceſſibus.

Attamen q; Paternitas ſua Reuerenda dignaret̃ conſiderare quòd ipſe D. Auditor non proceſſerat vt delegatus, ſed vti generalis executor ſententia rum latarum in Romana Curia.

Qui D. Simonetta mihi ſic referenti reſpondit, Dicas D. Auditori quòd non eſt vniuerſalis execu tor ſententiarum huiuſmodi, ſimpliciter, ſed accu mulatiuè cum iudicibus qui tulerunt ſententias, & quòd propterea non potuit, nec poteſt procedere aliis diebus q̃ quibus procedere cōſueuerunt iudi

ces qui tulerunt ſententias, & decreuerunt execu-
toriales,& ſimilia.

Idem dixit eſſe ſeruandum in omnibus proceſ-
ſibus,in quibus præfatus D. Auditor iuriſdictionis
ſuæ vigore procedere poſſe prætendit.

Quo relato præfato D. Auditori, circa huiuſmo
di negocium nihil penitus mihi reſpondit.

Quod Auditor Cameræ eſt Iudex nonnullarum
Societatum Vrbis. Cap. XXXI.

EST etiã nonnullarũ perſonarũ Iudex ſpalr de-
putatus,vz, Societatis Miſericordiæ,ſancti Am-
broſii,& ſancti Rocchi; quarum facultatum vigore
ſæpe ac ſæpiſſime vidi dari, & dedi, de mandato di
cti D. Auditoris,inhibitiones tam contra aduerſa-
rios principales, q̃ contra eorum procuratores, &
etiam iudices, ne particulares perſonas dictarum
Societatum, quouiſmodo ciuiliter vel criminali-
ter moleſtarét,iuxta facultates dictis Societatibus
conceſſas,& quas vidi in obſeruantia,quia vt pluri
mum habent decretum irritans.

De proceſſu contra campſores,pro reſtitutione de-
poſiti penes eos facti. Cap. XXXI.

COnſueuit tãdem procedere ſua ordinaria facul
tate contra campſores ſeu mercatores Ro. Cu.
pro depoſitis in eorum manibus factis, nullo iuris
ordine ſeruato,ſed manu regia, attenta natura cau
ſæ, quia depoſitum eſt fauorabile.

Et licet proceſſerit manu regia, vt ſupra dictum eſt in huiuſmodi cauſis, vidi quod ad inſtantiã partis ſic volentis, omiſſa dicta manu regia, dictus D. Auditor decreuit contra depoſitarium monitorium, & proceſſit cõtra eundem, ac ſi de ſumma infra quinquaginta ageretur.

Et licet à tali proceſſu aliquando fuerit appellatum, & cauſa etiam cõmiſſa in Rota, præſertim contra D. Marianum archipreſbyterum ſanctæ Mariæ Rotundæ, tamen D. Paulus Capiſuccus Rotæ Auditor prædictum proceſſum præfati D. Auditoris (vt audiui) confirmauit, fauendo depoſito.

Et licet, vt ſupra proxime dixi, proceſſus prædictus fuerit obſeruatus circa depoſita duntaxat, ab aliquibus tamen annis citra, inoleuit ſtylus, ſeu verius corruptela, quod pro quibuſcunque priuatis ſcripturis mercatorum ſeu campſorum huiuſmodi proceditur contra eoſdem eo modo, quo proxime dixi pro depoſitis. quod mihi non videtur fieri poſſe; quia ſi actio depoſiti patitur proceſſum prædictum, aliæ actiones non deberent æquiparari depoſito.

De ſequeſtris, & reuocatione illorum.
Cap. XXXIII.

ET licet ſequeſtra ſint de iure prohibita, attamẽ per præfatum D. Auditorem in quibuſcunque caſibus ſuperius annotatis, vidi dari ſequeſtra, tam

in Curia quàm extra, etiam nullis præcedentibus probationibus.

Nec cõſueuit ipſe D. Auditor huiuſmodi ſequeſtra reuocare, niſi duobus mediis, ſcilicet, Aut cauto de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo per debitores, Aut præfixo termino actori ad verificandum ſuum ſequeſtrum, Et termino elapſo, & nihil probato, iſtis mediis ſequeſtra, quæ de iure non ſunt concedenda, & non alias, reuocari vidi.

De reſponſionibus per D. Auditorem dari ſolitis, ſuper appellationibus in eius Curia interpoſitis. Cap. XXXIIII.

IN appellationibus verò, quę in Curia præfati D. Auditoris ſiue à principio, ſiue in medio, ſiue in fine interponunt᷑, talis cõſueuit ſeruari ꝓceſſus, vz,

Quòd ſi agitur ordinariè & executiuè, D. Auditor conſueuit reponere partes, vt per huiuſmodi repoſitiones retineat proceſſum apud ſe; vel dare terminum iuris, vt poſſit interim procedere, cum pendente termino iuris, valeat proceſſus iudicis.

Si verò proceditur ordinariè, non tamen executiuè, ſolet procedere per repoſitiones, ſeu per dationem apoſtolorum, prout eidem videtur.

Sed ſi appellatur à diffinitiua, conſueuit ſemper apoſtolos dare, reuerentiales, ſeu refutatorios.

Et nota quòd ea iuriſdictione, qua poteſt aliquẽ condemnare, eadem poteſt etiam abſoluere.

De proceſſu circa mandata ſuſpitionis fugæ. Cap. XXXV.

Contingit etiam pluries, ꝗ creditor habet ſuſpectum debitorem, & illum capi facere procurat; & ideo primo oportet probare creditum, ſaltem extraiudicialiter, poſtea vero ſuſpitionem fugæ; ad quod creditum probandũ, admittitur qualiſcunq; probatio; ſuſpitio vero probatur per iuramentum creditoris.

Et nota ꝗ mandata huiuſmodi non dantur vt incarcerentur debitores, ſed vt ad præſentiam D. Auditoris ducantur, vt caueant de ſtando iuri & iudicatum ſoluendo, ſi debitor non repugnat; tamen ſi contradiceret, ſufficit ꝗ det cautionem de iudicio ſiſti, vel de ſe repreſentando; quia per ſimiles cautiones tollitur ſuſpitio fugæ.

Sed quoniam ſæpe contingit, ꝗ reus fatetur debitum, tunc capturæ ſeu executionis ſolutio ſpectat ad ipſum debitorem; ſi vero negauerit debitũ, tunc creditor tenetur ſoluere omnes expenſas capturæ ſeu executionis prædictæ.

Aliquando vidi & ſuſpitionem & creditum probari per ſolum iuramentum creditoris, habito reſpectu ad perſonam creditoris; vt puta, curialis famoſus & antiquus prætendit ſe creditorem viliſſimæ perſonæ, & imminet periculũ fugæ debitoris, vt ſi expectarentur teſtes examinandi, debitor recederet: iſto & aliis ſimilibus caſibus, admittitur

creditor per iuramentum, etiam ad debitum probandum, facta tamen obligatione per ipſum creditorem de reficiendis damnis, expenſis, & intereſſe debitori; & hoc eſt verum in vili debitore.

De monitoriis pro ſolutione regeſtrorum in Curia fieri ſolitis. Cap. XXXVI.

CIrca depoſita, quæ fiunt pro ſolutione regeſtrorum cauſarum, eſt aduertendum, q; licet actio negotiorum geſtorum competeret ſoluenti, attamen Curia introduxit quòd poſſint fieri depoſita, præcedentibus tamen monitoriis.

Et nota, quòd monitoria, quæ fiunt ad ſatisfaciendum notario de mercede, ſuffragantur pro tota inſtantia coram vno & eodem iudice, vſque ad terminum ſententiæ excluſiuè, ſiue fiat in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, dummodo tamen ante ſolutionem factam notario, & antequam regeſtrum detur D. Auditori, ſaltem ad effectum iudicandi.

Quis, & ad cuius inſtantiam moneri poſſit. Cap. XXXVII.

SED quis poteſt moneri, & ad inſtantiam cuius? Dic quòd ad inſtantiam principalis & procuratoris, poteſt moneri & principalis & procurator ex aduerſo. Verùmtamen ſi principalis eſt in Curia, & moneatur procurator, poterit ipſe procurator infra triduum allegare principalem eſſe in Curia, &

monitorium executum contra ipſum procuratorẽ, eum non afficiet;niſi principalis eſſet inconuenibilis,vt puta minor,vel magnates,qui conueniri non poſſet;vel niſi pars monẽs procuraret vt poſſet moneri; Et in primo caſu expedit, vt ille, qui moneri facit,adeat D.Auditorem, & contra allegationem moniti dicat principalem eſſe inconuenlbilem ratione perſonæ,quæ in iudicio ſtare non poteſt; & tunc allegatio præſentiæ principalis, non ſuffragatur procuratori monito.

In ſecundo vero caſu, ſi procurator monitus nõ præſentat principalem ſuum,valet monitio prima; & tale monitorium afficit & principalem & procuratorem, ita quod contra vtrunq; poteſt fieri depoſitum,ad electionem monentis.

Si vero procurator monitus in termino ſibi ſtatuto præſentauerit principalem, & monitoriũ fuerit executnm contra ipſum principalem, tunc ex quo monitorium non afficit ipſum procuratorem, nõ poteſt fieri depoſitum niſi contra principalem; & ſi fiat cedula depoſiti contra procuratorem, non valebit depoſitum contra ipſum procuratorem; quia procurator poteſt obligare principalem & ſe ipſum,principalis vero non poteſt obligare procuratorem,ſed ſeipſum duntaxat.

Quid probari debeat pro recuperatione depoſiti, facti occaſione regeſtri. Cap. XXXVIII.

Pro

PRO recuperatione prædictorū depoſitorū nihil aliud probare habet qui facit depoſitum, niſi producere monitorium de ſatisfaciendo notario cauſæ, quod præcedat cedulam depoſiti ſaltem per tres dies; & ipſam cedulam depoſiti, etiam ſi ſumma depoſitata excederet debitum, & id probari poſſet, etiam per inſpectionem regeſtri; quia imputandum eſt monito, ſi non ſatisfecerit infra tres dies. & quia notarius tantum habuit à parte deponente, tenebitur monitus reſtitueri depoſitū quantumcunq; ſit, tamen ipſi ſoluenti depoſitum, remanet actio contra notarium repetendi plus debito ſolutum.

Quis poſſit recuperare huiuſmodi depoſita & à quo. Cap. XXXIX.

SED quis poterit recuperare huiuſmodi depoſita, & à quo?

Dic, ꝙ ſi principalis obtinuerit moneri principalem ex aduerſo, ipſe principalis à principali, nō autem à procuratore; nec procurator monentis à principali vel procuratore moniti poterit aliquid repetere.

Si tamen ad inſtantiam procuratoris, moneatur principalis, vel procurator ex aduerſo, & cedula fiat contra principalem & procuratorem, poterit & principalis & ipſe procurator, apud quem reperitur dicta cedula, ſiue à principali ſiue à procura-

tore ex aduerſo, contra quem eſt data cedula depoſiti repetere dictum depoſitum; quia præſumitur ꝙ procurator ſoluat de pecunia principalis, maxime ſi cedula ſolutionis ſit apud principalem. Ecõuerſo autem fieri nõ poterit, quia ſi cedula depoſiti fiat, ſiue contra procuratorem ſiue contra principalem, deponente principali, non acquiritur actio ſuo ꝓcuratori; quia depoſita, poſtquam ſunt facta, ſunt ſeparata 'a cauſa.

De diuerſis quæſtionibus, circa ſolutiones ex cauſa regeſtrorum factas. Cap. XL.

SED quoniam ſæpe contingit ꝙ in principio cõparet vnus procurator, & facit q̃plures actus, & producit q̃plura iura, & antequam fiat regeſtrũ, ſeu poſtquam eſt factum & nõdum ſolutum, reuocatur idem procurator, & alius conſtituitur acceptans, etiam cum proteſtatione ꝙ non intendit teneri ad regeſtrum actorum factorum, Dic ꝙ ſi moneatur procurator vltimo cõſtitutus, tenebitur ad ſolutionem totius regeſtri facti & fiendi, non obſtante ſua proteſtatione; quia acceptat onus cauſę, & proteſtatio contraria facto non ſuffragatur.

Et ſi pronuncietur in cauſa, vel etiam ante pronunciationem cauſa auocetur, & committatur tertio; monitorium factum per primum iudicem, nõ ſuffragatur pro regeſtro alterius iudicis, etiã quód eſſet vna & eadem inſtantia; & debet moneri de mandato vltimi iudicis, ad ſatiſfaciendum ſuo &

prioris iudicis notariis.

Aduerte tamen, quod ſi fuiſſet in cauſa pronunciatum, & iudex ſecundæ inſtantiæ moneret vt ſatisfaceret notario primæ inſtantiæ, iſtud monitorium non ſuffragatur niſi a termino ſententiæ incluſiue, citra; quia quando in cauſa eſt pronunciatum, præſumitur de regeſtro ſatisfactum; vel niſi expreſſe conſtaret, quod poſt factum & datum regeſtrum D. Auditori, fuiſſent producta iura, & facti q̃plures actus, quę idem D. Auditor abſq; regeſtratione vlla videre voluit, & nihilominus pronũciauit regeſtro non completo; quia per hanc probationem tollitur omnis præſumptio.

Sed quoniam plerunq; contingit, quod poſt factum monitorium datur cedula ſolutionis, & in ipſa non apponitur verbum Occaſione depoſiti; vidi obſeruari quod dicta cedula ſufficiat, etiam ſi non dicat Pro depoſito; quia præſumitur eum voluiſſe facere quod potuit; & defectus notarii, ſeu omiſſio verbi Ex cauſa depoſiti, non debet obeſſe ſoluenti qui ſe præparauerat ad deponendum monitorio præuio.

Sed quid ſi nõ præcederet monitorium, & reperiretur cedula ſolutionis? Diſtingue, aut cedula dicit Occaſione depoſiti, aut dicit ſimpliciter Pro parte tangente partem aduerſam.

Primo caſu, ſi non reperiatur monitorium, non poterit exigere occaſione depoſiti; quia non datur actio depoſiti, quam præparat monitorium.

Secundo caſu, quia per ſolutionem regeſtri ſimpliciter, introducitur actio negotiorum geſtorum; ſoluens poterit ſe iuuare hac actione, ſed habebit quamplurima alia probare, quæ non haberet in cauſa depoſiti, vz, omnia illa, quæ pariunt actionem negociorum geſtorum, vz, reum potuiſſe conueniri pro illa ſumma, & ipſum reum debuiſſe talem ſummam, & ipſum actorem ſoluiſſe ipſam ſummam pro reo.

Et in hoc caſu eſt aduertendum ad ſummę quantitatem, quia ſi excederet, ducatos quinquaginta non poteſt executiuè procedere, prout in depoſitis poſſet; quia fauore ipſorũ depoſitorum non attenditur ad ſummam.

Euenit ẽt aliquãdo, ꝙ procurator acceptat mãdatum ad effectum ſubſtituendi tãtum, & ſubſtituit, & deinde ſubſtitutus facit q̃plures actus, & poſtea aut moritur, aut recedit, & pars aduerſa vult expedire cauſam, An poterit moneri procurator ſubſtituens? Fuit tentum quod ſic. & tenebitur de regeſtro, non obſtante ſua proteſtatione, primo loco facta, vz, quod acceptabat ad effectum ſubſtituendi tantum. & iſtud vidi obſeruari, niſi principalis eius eſſet in Curia, quia tunc eſſet monendus principalis.

De inhibitionibus, & reuocatione illarum. Cap. XLI.

ET quoniam ſæpiſſime contingit, quod præfa-tus D. Auditor ad partium petitiones decernit inhibitiones, & pars contra quam eſt decreta inhibitio, petit illam reuocari, quia inhibitiones dupli-ci de cauſa fiunt, aut pro tuenda iuriſdictione, aut pro intereſſe partium, Dic, quod ſi fiat pro tuenda iuriſdictione, inhibitio non reuocatur, ſi apparet illum ſubeſſe iuriſdictioni D. Auditoris; niſi aliter cōſtaret ipſum prorogaſſe iuriſdictionem alterius iudicis; quia iſtud concernit etiam officium Iudi-cis.

Sed ſi inhibitio fiat pro intereſſe partis dunta-xat, cum inhibitiones ſint de iure, & de facto ema-nauerint, de facto ſunt reuocandæ, & ad viam iuris reducendæ, & reſoluuntur in vim ſimplicis citatio-nis.

Et præmiſſa ꝓ nunc dico obſeruari vidiſſe, me tamen remittendo ad alios peritiores ſeu magis practicos.

FINIS.

INDEX CAPITVLORVM.

Capita iuriſdictionis D. Auditoris. cap. 1. fol. 1
Quod executio obligationum in forma Cameræ ſpectat ad ipſum D. Auditorem, & qua ratione. cap. 2. fol. 1
De pceſſibus obligationũ in forma Cam. ſuper inſtrumentis rogatis per notarios actuarios contra præſentes. cap. 3. fol. 3
De proceſſibus obligationum in forma Cameræ contra abſentes. cap. 4. fol. 4
De proceſſibus inſtrumentorum rogatorũ per extraneos norarios, & inſtrumentris priuatorum. cap. 5. fol. 5
De proceſſibus & ſententiis ſuper obligationibus in forma Cameræ. cap. 6. fol. 5
De modo procedendi ad vlteriores cenſuras. cap. 7. fol. 6
De modo procedendi ad aggrauationem, cum inuocatione auxilii brachii ſæcularis, vnico contextu. cap. 8. fol. 6
De modo executionis dictarum cenſurarum, & brachii ſæcularis. cap. 9. fol 7
Qualiter ſit procedendum contra ſuſcipientes cenſuras. cap. 10. fol. 7
De modo procedendi ſuper cenſuris ſuſceptis extra iudicium. cap. 11. fol. 8
De termino ſtatuendo debitori ſuſcipienti cenſuras. cap. 12. fol. 8

De modo procedendi ad ſubhaſtatio nem pignorum. cap.13.fol. 9
An poſſit procedi contra obligatos in forma Cam. non obſtante reuoca/ tione procuratorum conſtitutorũ in obligatione. cap.14.fol.11
In quibus cauſis,& contra quas perſo nas D. Auditor poſſit procedere tanquam Iudex ordinarius. cap.15.fol.12
De monitoriis in Curia,& eorum pro ceſſibus in contumaciam cap.16.fol.13
De proceſſibus poſt litis conteſtatio= nem,contra monitos in Curia. cap.17.fol.14
De modo procedendi in cauſis ordina riis excedentibus ſummam centũ. cap.18.fol. 15
De monitoriis extra Curiam,& illorũ proceſſu in contumaciam. cap.19.fol.16
De modo procedendi poſt litis conte ſtationem in monitoriis decretis extra Curiam. cap.20.fol.17
Modus procedendi in cauſis crimina libus via monitorii introductis cap.21. fol. 18
De proceſſibus contra debentes pen= ſiones. cap.22.fol.18
Quo in loco ſit ſoluenda penſio,cuius ſolutio non eſt deſtinata in Curia. & de proceſſu ſup ſolutione huiuſ= modi penſionis. cap.23.fol.21
An,& quando ſucceſſor in beneficio teneat=

teneatur ad penſiones decurſas, & non ſolutas tpe ſui prædeceſſoris. cap.23 fol.21

Qualis proceſſus ſeruari debeat cõtra non ſoluentem penſiones intra 30. dies, vel contra ſuſtinentem cenſuram per ſex menſes poſt lapſum termini penſionis. cap.25.fol.22

Quo pacto procedatur ad canonizationẽ regreſſus, acceſſus, vel ingreſſus in euentum non ſolutionis penſionis, reſeruari ſoliti. cap.26.fol.23

Quomodo & qualiter, & contra quem poſſit procedi pro depoſitis factis occaſione regeſtrorũ in cauſis pen den. in Curia. cap.27.fol.24

Quomodo procedatur in cauſis appellationum a' ſententiis, tam in Rom. Curia quàm extra eam latis, interpoſitarum. cap.28.fol.26

De executione literarũ apoſtolicarũ & ſententiarum in eis latarum, ac illius proceſſu. cap.29.fol.27

Quomodo procedatur ad executionẽ ſententiarum per iudices Ro. Cu. latarum. cap.30.fol.28

Quód D.Auditor Cam. eſt Iudex ordinarius nonnullaꝝ Societatũ Vrbis. cap.31.fol.31

De proceſſu contra campſores pro reſtitutione depoſiti penes eos fact. cap.32.fol.31

De ſequeſtris,& reuocatione illorum. cap.33, fol.31.
De reſponſionibus per D. Auditorem dari ſolitis ſuper appellationibus in eius Curia interpoſitis. cap.34.fol.32
De proceſſu circa mandata ſuſpitionis fugæ. cap.35. fol.32
De monitoriis pro ſolutione regeſtrorum in Curia fieri ſolitis. cap.36.fol.33
Quis, & ad cuius inſtantiam moneri poſſit. cap. 37.fol.33
Quid probari debeat pro recuperatione depoſiti, facti occaſione regeſtri. cap.38.fol.34
Quis poſſit recuperare huiuſmodi depoſita,& a quo. cap.39.fol.34
De diuerſis quæſtionibus, circa ſolutiones ex cauſa regeſtrorũ factas. cap.40.fol.34
De inhibitionibus,& reuocatione illarum. cap.41.fol.35

FINIS.

CANDIDO, AC BENEVOLO LECTORI.

NE mireris quæſo, candide lector, ſi in hoc libello aliqua forſan offenderis, quæ non modò hodie non eſſe in vſu, ſed etiam contrarium eius quod ipſe Auctor ſe obſeruare vidiſſe teſtatur, quotidie practicari videmus. Stilus enim Curiæ nunquam in eodem ſtatu conſiſtit, quin vt facies cœli atque maris, pro temporũ moribus, ac ꝑ vtilitatũ, præſentium rationibus, flectitur et mutatur; eſtq; (vt ait ille) modò albus, modò niger. Quod præſertim in Tribunali D. Auditoris Cameræ à pluribus annis citra, propter varietatem facultatũ per diuerſos Romanos Põtifices eidem Tribunali conceſſarum, eueniſſe perſpicimus. Vt interim taceam quòd Auditores, qui huic Tribunali pro tempore præfuerunt, nõ ſecus quàm olim Prætores antequàm ex edicto perpetuo ius dicerent, multa pro ſuo quiſque ingenio immutarunt. Cuius rei, licet multa exempla proferre poſſem, vnicum tamen propoſuiſſe contentus ero. Ante quatuor vel quinque annos, mortuo debitore qui ſe in forma Cameræ obligauerat, non poterat creditor agere contra bona debitoris via executiua; quoniam (vt aiebant) mandatum procuratoris in inſtrumento obligationis ad confitendum debitum conſtituti, morte debitoris cenſebatur reuocatum. Hodie tamen, etiam re ſæpius in plena Si-

gnatura Iuſtitiæ (quam vocant) mature diſcuſſa, obtinuit ſententia pluriũ exiſtimantium, etiam contra bona debitoris defuncti poſſe executiuè procedi, eò quia huiuſmodi mandatum tanquam pars contractus & ad alterius commodum factum, quemadmodum expreſſe, ita etiam per mortem debitoris mandantis, tacitè reuocari non poteſt, et ita hodie paſſim practicari videmus. Quòd autem ad errata, ſi quæ forte vltra ea quæ tibi inferius notauimus occurrent; labi & errare humanum eſſe cogites, eaq; benigne emendare ne graueris; illud pro certo exiſtimans quòd etiam Auctor ipſe, niſi poſt longam & grauem infirmitatem morte præuentus fuiſſet, illa abſque dubio emendaſſet, & plura etiam eidem libello ad communem omnium vtilitatem (cuius promouendæ sẽper ſtudioſiſſimus fuit) addidiſſet. Boni igitur conſule quicquid id eſt, & multis quæ tibi placebunt, pauca quæ forſan diſplicuerint, præclare compenſata putes. Vale.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATA SIC CORRIGITO.

Fol. 3. ver. dicebat linea prima eidem. idem
eodem. vers. lin. 3. Auditorem. D. Auditorem *executorem.*
eod. fol. à tergo vers. ſuper. lin. 5. ad confitendum. ad ſoluen. iuxta formam ſuæ obligationis, aliàs ad confitendum.
fol. 5. vers. decreto. lin. vlt. dominus. D. Auditor.
eod fol. à tergo, vers. ſeruatis. lin. 3. abſentes. abſente.
eod. fol. vers. qua ſubmiſſione. lin. 2. productum. prædictum.
fol. 6. vers. quia. lin. 4. ſcriptum hæc verba) vz, ſcriptum) hæc verba vz
fol. 10. à tergo, vers. & quia. lin. 7. præfixi poteſt. præfixi ad reluen. pignora, poteſt.
eod. vers. lin. 13. & quia. nam quia.
fol. 14. à tergo. vers. ſed ſi. lin. 5. reciſſerat. receſſerat.
eod. fol. vers. quibus. lin. 4. circa principium huius capitis. ſupra capite 16. vers. elapſis.
eod. vers. lin. 5. prucurator. procurator.
eod. fol. vers. et ſi ab huiuſmodi. lin. 2. dare reuerentiales. dare apoſtolos reue-rentiales.
eod. fol. à tergo. lin. 4. pro prima. pro prima dilatione.
eod. fol. vers. & nota. lin. 2. recognoſcatur. recognoſcantur.
fol. 20. à tergo. vers. nihil. lin. 3. quæ mandat. mandet.
fol. 21. à tergo. lin. vlt. poſſent. poſſet.
ead. lin. creditum ab eis creditum. ab eis exigeretur.
fol. 24. vers. euenit. lin. 4. non ſoluunt. non ſoluentes.
fol. 26. lin. penul. quinquaginta duc. centum duc.
fol. 27. lin. 2. duc. quinquaginta. duc. centum.
eod. fol. à tergo vers. nam ſi. lin. 3. quæ in dictis. quæ dictis.
fol. 28. lin. 4. conſuenerunt. conſueuerunt.
fol. 33. à tergo. lin. 4. vel niſi pars mouens procuraret vt poſſet. procuraret vt præfigatur termiuus procuratori alleganti principalem non eſſe in Curia, *ad exhiben. ipſum principalem, vt poſſet*
fol. 34. lin. 10. reſtitueri. reſtituere.
eod. fol. à tergo. depoſiti repetere. depoſiti, repetere.
fol. 35. vers. & in hoc caſu. lin. 2. excederet, ducatos quinquaginta. excedere ducatos centum.

[illegible]

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE